



**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||  
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ  
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

**Tertullianus, Quintus Septimius Florens**

**Antverpiae, 1584**

[Q. Septimii Florentis Tertvlliani Carthaginensis Presbyteri, Adversvs  
Marcionem Liber Secvndvs, De Deo Ivsto, Et Tamen Optimo.]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

Deum nosset, ex naturæ proprietate; at nunc etiam iustum cum patitur et  
causæ suæ necessitate; tamen & hoc ipso optimum, dum & iustum. Et bono  
enim iuuando, & malo puniendo, iustitiam exhibens, utramque sententiam  
bono præstat; hinc vindicans istud, inde remunerans illud. SED CUM  
MARCIONE PLENIVS DISCES, AN HOC DEI SIT TOTVM  
*Quæ verba mihi persuaserunt uti titulo adderem: DE DEO IVSTO, ET TA-  
MEN OPTIMO. Eodem pertinent illa verba Scorpiaci aduersus Gnosticos, cap. 1.  
Longum est, VT DEVM meum BONVM OSTENDAM, QVOD IAM  
A NOBIS DIDICERVNT MARCIONITÆ. Atqui ultra priores duas Ro-  
nani castigationes, nunc primum castigatus etiam hic liber ex duobus Vaticanis M.  
exemplaribus, & coniecturis Latinis, addito Argumento nouo, & Adnotationibus  
stris auctus.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS  
TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS  
PRESBYTERI, ADVERSVS MARCIONEM  
LIBER SECVNDVS, DE DEO IVSTO,  
ET TAMEN OPTIMO.

CAP. I.



CCASIO reformandi opuseuli huius, cui quid acciderit, primo libe-  
lo præfati sumus, hoc quoque contulit nobis, uti duobus Discepulis  
Marcionem retractandis, suum cuique titulum & volumina  
gueremus pro materiæ diuisione, alterum Deum definiens quomodo  
non esse, alterum defendentes dignè Deum esse: quatenus ita Pontico  
placuit, alterum inducere, alterum excludere. Non enim poterat  
dificare mendacium sine demolitione veritatis. Aliud subtrahere necesse

se habuit, ut quod vellet extrueret. Sic ædificat, qui propria paratura caret. Operatur  
autem in hoc solo disceptasse, quod nemo sit Deus ille qui creatori superducitur, ut  
fo Deo depulso, regulis certis & vnicam & perfectam præscribentibus diuinitatem  
iam quæreretur in Deum verum: quem quanto constaret esse, sic quoque dum aliter  
se non constat, tanto qualemcunque sine controuersia haberi deceret, adorandum  
tius quàm iudicandum, & demerendum magis quàm retractandum, vel quàm timendum  
ob seueritatem. Quid enim amplius homini necessarium, quàm cura in Deum verum, ut

CAP. II.

quem ut ita dixerim incidemat, quia alius Deus non erat. [ At nunc negotium  
Deus omnipotens, dominus & conditor vniuersitatis: ideo tantum opinor, quia  
mordio notus est, quia nunquam laruit, quia semper illuxit, etiam ante Romulum  
sum, nedum ante Tiberiū: nisi quod solis hæreticis cognitus non est, qui ei negotium  
ciunt: propterea alium Deū existimantes præsumendum, quia quem constat esse, re-  
hédere magis possunt quàm negare, de arbitrio sensus sui penitantes Deū aliqui præsum-  
atque si cæcus vel stuitantibus oculis, ideo alium solem præsumere velit mitiorem & lau-  
briorem, quia quem videat, non videt. Vnicus sol est, ò homo, qui mundum hunc ter-  
perat, & quædo non putas, optimus & vtilis, & quæ tibi acrior & infestior, vel etiã lau-  
dior atque corruptior, rationi tamè suæ par est. Eã tu si perspicere non vales, iam nec vili-  
alterius solis, si qui fuisset, radios sustinere potuisses, utique maioris. Nam qui in inferno  
tenderis, habens Deū certum & indubitatum, & hoc ipso satis visum, cum id primum  
spexeris eum esse, quàm nõ scias nisi ex parte qua voluit ipse. Sed Deum quidem ut scias  
non negas, ut nesciens retractas: immò & accusas quasi scies, quæ si scires, non accusares

TERTULLIANI  
Cum Annotatiõibus  
PAMELII  
A. V.  
36.

A immò nec retractares. Reddens nomen illi, negas substantiam nominis, id est magnitudinis, quæ Deus dicitur, non tantam eam agnoscens, quantam si homo omnifariam nosse potuisset, magnitudo non esset. <sup>7</sup> Ipse iam tunc Apostolus prospiciens hæretica corda: Quis, inquit, cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? aut ad quem cõsul- Rom. 11. 6.  
1. Corint. 1. tauit, aut viam intellectus & scientiæ quis demonstraui ei? <sup>8</sup> Cui & Apostolus condicit: O profundum diuitiarum & sapien- 1. Corint. 2.  
1. Corint. 1. tiæ Dei, vt inuestigabilia iudicia eius, vtique Dei iudicis: & inuestigabiles viæ eius, vtique intellectus & scientiæ, quas ei nemo monstrauit, nisi forte isti censores diuinitatis, dicentes: Sic non debuit Deus: & sic magis debuit: <sup>9</sup> quasi cognoscat aliquis quæ sint in Deo, nisi spiritus Dei. Mundi autem habentes spiritum, non agnoscentes in sapientia Dei, per sapientiam Deum, consultiores sibi met videntur Deo. Quoniam sicut sapientia mundi, stultitia est penes Deum; ita & sapientia Dei stultitia est penes mundum. Sed nos scimus stultum Dei sapientius hominibus, & inualidum Dei validius hominibus. Et ita Deus tunc maximè magnus, cum homini pusillus: & tunc maximè optimus, cum homini non bonus: & tunc maximè vnus, cum homini duo aut plures. Quòd si à primordio <sup>10</sup> homo animalis non recipiens quæ sunt spiritus, stultitiam existimauit Dei legem, vt quam obseruare neglexit; <sup>11</sup> ideòque non habèdo fidem, etiam quod videbatur habere, ademptum est illi, paradisi gratia, & familiaritas Dei, per quam omnia Dei cognouisset, si obedisset: quid mirum si rehdhibitus materiæ suæ, & in ergastulum terræ laborandæ relegatus, in ipso opere prono & deuexo ad terram, vsurpatum ex illa spiritum mundi vniuerso generi suo tradidit, dütaxat animalis & hæretico non recipienti quæ sunt Dei? <sup>12</sup> Aut quis dubitabit, ipsum illud Adæ delictum, hæresin pronuntiare, quod per electionem suæ potius quàm diuinæ sententiæ admisit, nisi quòd Adam nunquam figulo suo dixit, non prudenter desinxiisti me: confessus est seductionem, nõ occultauit seductricem: rudi admodum hæreticus fuit: non obaudiit: non tamen blasphemauit creatorem, nec reprehendit auctore, quem à primordio sui bonum & optimum inuenerat, <sup>13</sup> & ipse si forte iudicem fecerat à primordio. [ <sup>14</sup> Igitur oportebit incuntes examinationem in Deum notum, si queritur in qua cõditiõne sit notus, ab operibus eius incipere, quæ priora sunt homine, vt statim cum ipso comperta bonitas eius, & exinde constituta atque præscripta, aliquem sensum suggerat nobis intelligendi, qualiter sequens rerum ordinatio uaserit. Possunt autem discipuli Marcionis recognoscere bonitatem Dei nostri, dignam quoque Deo agnoscere per eosdem titulos, per quos indignam ostendimus in Deo illum. Iam hoc ipsum quod materia est agnitionis suæ, non apud alium inuenit, sed de suo sibi fecit. Prima denique bonitas creatoris, quæ se Deus noluit in æternum lateere, id est non esse aliquid cui Deus cognosceretur. Quid enim tam bonum quàm notitia & fructus Dei? Nam etsi nondum apparebat, hoc bonum esse, quia nondum erat quicquam cui apparet, sed Deus præsciebat quid boni appariturum esset: & ideò <sup>15</sup> in suam summam commisit bonitatem, apparituri boni negotiatricem, non vtique repentinam, nec obuentionis bonitatis, nec prouocatiuæ animationis, quasi exinde censendam quo cœpit operari. Si enim ipsa constituit initium, exinde quo cœpit operari, non habuit initium ipsa cum fecit. Initio autem factõ, ab ea etiam ratio temporum nata est, vt potè quibus distinguendis & notandis, sidera & luminaria cœlestia disposita sunt. Erunt enim, inquit, in tempora, & menses, & annos. Ergo nec tempus habuit, ante tempus, quæ fecit tempus: sic vt nec initium, ante initium, quæ constituit initium. Atque ita carens & ordine ipitij, & modo temporis, de immensa & interminabili ætate censetur, nec poterit repentina vel obuentionis & prouocatiua reputari, non habens vnde reputetur, id est aliquam temporis speciem, sed & æterna & Deo ingenta & perpetua præsumenda, ac per hoc Deo digna, suffundens iam hinc bonitatem Dei Marcionis, non dico initiis & temporibus, sed ipsa malitia creatoris posteriorem, si tamen malitia potuit à bonitate committi. [ <sup>16</sup> Igitur quum cognoscendo Deo hominem prospexisset bonitas Dei ipsius, etiam hoc præconio suo addidit, quòd prius domicilium homini commentata est, aliquam postmodum molem maximam, postmodum & maiorem, vt in magna tanquam in minore proluderet atque proficeret: & ita de bono Dei, id est de magno, ad optimum quoque eius, id est, ad maius habitaculum promoueretur. Adhibet operi bono optimum etiam ministrum, sermonem suum. <sup>17</sup> Eruçtauit, inquit, cor meum sermonem optimum. Agnoscat hinc primum fructum optimum, <sup>18</sup> vtique optime arboris Marcion: imperitissimus rusticus quidem in malam, bonam inseruit: sed non valebit <sup>19</sup> blasphemie furculus, arefcet cum suo artifice, & ita se bonæ arboris na-

CAP. III.

Gen. 1.

CAP. IIII.

Psal. 44.

Matth. 7.

Ioan. 15.

IAN<sup>9</sup>  
nibus



Gen. 1.

Ibidem.

Ibidem.

Gen. 2.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

1. Cor. 15.

Gen. 2.

CAP. V.

Apo. 22.

Ioan. 10.

Gen. 2.

tura testabitur. Aspice ad summam, qualia sermo fructificauerit. <sup>20</sup> Et dixit Deus, fiat, & factum est, & vidit Deus quia bonum, non quasi nesciens bonum, nisi videret, sed quia bonum ideò videns, honorans & consignans & dispungens bonitatem operum dignitate conspectus. Sic & benedicbat quæ benè faciebat, vt tibi totus Deus commendaretur, bonus, & dicere & facere. Maledicere adhuc sermo non norat, quia nec malè facere. Vnde debimus causas quæ hoc quoque à Deo exegerunt. Interim mundus ex bonis omnibus constitit, satis præmonstrans quantum boni pararetur illi cui præparabatur hoc totum. Quis denique dignus incolere Dei opera, quam ipsius imago & similitudo: Eam quoque bonitas & quidem operantior operata est, non imperiali verbo, sed familiari manu, etiam verbo blandiente præmisso, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Bonitas dixit, bonitas finxit hominem de limo: in tantam substantiam carnis ex vna materia, tot qualitatibus exstructam, bonitas inflauit animam non mortuam, sed viuam. Bonitas præfecit vniuersis fruendis atque regnandis, etiam cognominadis. Bonitas amplius delicias adiecit homini, vt quanquam <sup>21</sup> totius orbis possidens in amcenioribus moratur, translatus in paradysum, iam tunc de mundo in Ecclesiam. Eadem bonitas & aduerbium prospexit, ne quid non boni: Non est enim, inquit, bonum solum esse hominem. <sup>22</sup> Ibat illi sexum Mariæ, & deinceps Ecclesiæ profuturum. Sed & quam arguis legem, quam in controuersias torques, bonitas erogauit, consulens homini quo Deo adhereret, tam tam liber quam abiectus videretur, æquãdus famulis suis ceteris animalibus, soluti à Deo & ex fastigio liberis: sed vt solus homo gloriaretur, quod solus dignus fuisset, quæ legem Deo sumeret: vt que animal rationale intellectus & scientiæ capax, <sup>23</sup> ipsa quoque libere rationali contineretur, <sup>24</sup> ei subiectus qui subiecerat illi omnia. Cuius legis obtemperare consilium, bonitas pariter ascripsit: Qua die autem ederitis, morte moriemini. Reuerentissimè enim demonstraui exitum transgressionis, ne ignorantia periculi, negligentia iuuaret obsequij. Porro si legis imponenda ratio præcessit, sequebatur etiam obtemperatio, vt pœna transgressionis ascriberetur, quam tamè euenire noluit, qui antè prædixit. Agnosce igitur bonitatem Dei nostri interim, vel hucusque ex operibus bonis, ex benedictionibus bonis, ex indulgentiis, ex prouidentiis, ex legibus, ex præmonitionibus bonis dignis. <sup>25</sup> Iam hinc ad quæstiones omnes. <sup>26</sup> O canes, quos foras Apostolus expulsi sunt in Deum veritatis, hæc sunt argumentationum ossa quæ obroditis. <sup>27</sup> Si Deus bonus & præsciens futuri, & auertendi mali potens, cur hominem, & quidem imaginem & similitudinem suam, immò & substantiam suam, per animæ scilicet censum passus est labi de obsequio legis in mortem, circumuentum à diabolo: Si enim & bonus qui euenire tale quod nollet, & præsciens qui euenturum non ignoraret, & potens qui depellere valeret, modo euenisset, quod sub his tribus conditionibus diuinæ maiestatis euenire non potest. Quod si euenit, absolutum est è contrario Deum neque bonum credendum, neque potens scium, neque potentem. Siquidem in quantum nihil tale euenisset, si talis Deus, id est bonus & præsciens & potens, in tantum ideò euenit, quia non talis Deus. Ad hæc, prædictas istas species in creatore defendere quæ in dubium vocantur, bonitatem dico & præscientiam & potentiam. Nec immorabor huic articulo, præeunte definitione etiam ipsius Christi. <sup>28</sup> Ex operibus ineunda probationes. Opera creatoris, vt runque testantur bonitatem eius quæ bona, sicut ostendimus, & potentiam quæ tanta, & quid ex nihilo, & quid ex aliqua materia, vt quidam volunt, hoc ipso tamen ex nihilo, dum non id tantum quod sunt. Postremò vel sic magna, dum bona: vel sic Deus potens, dum omnia ipsius vnde & omnipotens. De præscientia verò quid dicam? quæ tantos habet testes, quæ fecit prophetas. Quanquam quis præscientiæ titulus in omnium auctore, qua vniuersis vtique disponendo præscit, & præsciendo disposuit, certè ipsam transgressionem, quam nisi præscisset, nec cautionem eius delegasset sub metu mortis. Igitur si & fuerant in homine istæ facultates, præ quibus nihil mali euenire homini aut potuisset, aut debuisset, & tamen minus euenit: videamus & hominis conditionem, ne per illam potius eueniret, quam per Deum euenire non potuit. <sup>29</sup> Liberum & sui arbitrij & suæ potestatis inuenio hominem à Deo institutum, nullam magis imaginem & similitudinem Dei in illo animaduertens quam eiusmodi status formam. Neque enim facie & corporalibus lineis, tam variis in opere humano, ad vniuersum Deum expressus est, sed in ea substantia quam ab ipso Deo accepit, id est anime, ad formam Dei spondentis, & arbitrij sui libertate, & potestate signatus. <sup>30</sup> Hunc statum eius confirmauit etiam ipsa lex, tunc à Deo posita. Non enim ponere

TERTULLIANI  
Cum Annotationibus  
PAMELLII  
A. V.  
36.

A lex ei qui non haberet obsequium debitum legi in sua potestate: nec rursus comminatio mortis transgressioni ascriberetur, si non & contemptus legis in arbitrij libertatem homini deputaretur. <sup>32</sup> Sic & in posteris legibus creatoris inuenias propo-  
*Ecles. 15.*  
 nem bonum & malum, vitam & mortem: sed nec aliàs totum ordinẽ disciplinæ per præcepta dispositum, auocante Deo & minante, exhortantẽve, nisi & ad obsequiũ & ad contemptum libero & voluntario homine. <sup>33</sup> Sed quoniam ex hoc iam intelligimus eos  
*CAP. VI.*  
 struentes liberam hominis potestatem arbitrij sui, vt quod ei euenit, non Deo, sed ipsi debeat exprobari: ne & tu hinc iam opponas, non ita illum institui debuisse, si libertas & potestas arbitrij exitiosa futura esset: hoc quoque prius defendam, ita institui debuisse, quo fortius commendam, & ita institutum & dignẽ Deo institutum, potiore ostensa ea causa quæ ita fecit institui. Bonitas Dei & ratio eius huic quoque instituto patrocinabuntur, in omnibus conspirantes apud Deum nostrũ. Nec ratio enim sine bonitate ratio est, nec bonitas sine ratione bonitas, nisi fortẽ <sup>34</sup> penes Deum Marcionis, irrationaliter bonum, sicut ostendimus. Oportebat Deum cognosci: bonum hoc, vtique & rationale. Oportebat dignum aliquid esse, quod Deum cognosceret. Quid tã dignum prospici posset, quàm imago Dei & similitudo? Et hoc bonum, sine dubio & rationale. Oportebat igitur imaginem  
*Gen. 2.*  
 & similitudinem Dei, liberi arbitrij & suæ potestatis institui, in qua hoc ipsum <sup>35</sup> imago & similitudo Dei deputaretur, arbitrij scilicet libertas & potestas: inquam rem ea substantia homini accommodata est, quæ huius status esset, ad status Dei, vtique liberi & suæ potestatis. Sed & aliàs quale erat vt totius mundi possidens homo, non in primis animi sui possessione regnaret, aliorum Dominus, sui famulus? Habes igitur & bonitatẽ Dei agnoscere ex dignatione, & rationem ex dispositione. Sola nunc bonitas deputetur, quæ tantum homini largita sit, id est arbitrij libertatem. Aliud sibi ratio defendat in eiusmodi institutionem. Nam bonus natura Deus solus. Qui enim quod est sine initio habet, non institutione habet illud, sed naturã. Homo autem qui totus ex institutione est, habens initium, cum initio sortitus est formam qua esset: atque ita non naturã in bonum dispositus est, sed institutione, non suum habens bonus esse, quia non naturã in bonum dispositus est, sed institutione, secundum institutorem bonum, scilicet bonorum conditorem. Vt ergo bonum iam suum haberet homo emancipatum sibi à Deo, & fieret proprietas iam boni in homine, & quadammodo natura, de institutione ascripta est illi, <sup>36</sup> quasi libripens emancipati à Deo boni, libertas & potestas arbitrij: quæ efficeret bonũ vt proprium iam sponte præstari ab homine, quoniam & hoc ratio bonitatis exigere, voluntariẽ exercenda, ex libertate scilicet arbitrij non fauente, institutionis non seruiente: vt ita demum bonus constitueret homo, si secundum institutionem quidem, sed ex voluntate iam bonus inueniretur, quasi de proprietate naturæ: proinde vt & contra malum (nam & illud vtique Deus prouidebat) fortior homo prænderet, liber scilicet & suæ potestatis: <sup>37</sup> quia si caperet hoc iure, vt bonum quoque non voluntate obiret, sed necessitate, vsurpabilis etiam malo futurus esset ex infirmitate seruitij, proinde & malo sicut bono famulus. Tota ergo libertas arbitrij in vtranque partem concessa est illi, vt sui dominus constanter occurreret, & bono sponte seruando, & malo sponte vitando: quoniam & aliàs positum hominem sub iudicio Dei, <sup>38</sup> oportebat iustum illud efficere de arbitrij sui meritis, liberi scilicet. Ceterum nec boni nec mali merces iure pensaretur ei, qui aut bonus aut malus necessitate fuisset inuentus, non voluntate. In hoc & lex constituta est, non excludens, sed probans libertatẽ de obsequio sponte præstando, vel transgressione sponte committenda, ita in vtranque exitum libertas patuit arbitrij. Igitur si & bonitas & ratio Dei, inuenitur circa libertatem arbitrij concessam homini, non oportet omissa prima definitione bonitatis atque rationis, quæ ante omnem tractatum constituenda est, post factis præiudicare, non ita Deum instituere debuisse, qui aliter quàm Deum deceret euasit, sed dispecto quia ita debuerit instituere, saluo eo quod dispectum est, cetera explorare. Ceterum facile est offendentes statim in hominis ruinã, antequàm conditionem eius inspexerint, in auctorem referre quod accidit, quia nec auctoris examinata sit ratio. Deniq; & bonitas Dei à primordio operũ perspecta, persuadebit <sup>39</sup> nihil à Deo mali euenire potuisse, & libertas hominis recogitata se potius ream ostendit, quod ipsa commisit. <sup>40</sup> Hac definitione omnia Deo salua sunt, & natura bonitatis, & ratio dispositionis, & præscientia & potentia copia. Exigere tamen à Deo debes & grauitatem summam, & fidem præcipuam in omni institutione eius, & definas quarere an Deo nolente potuerit quid eue-  
*CAP. VII.*

IAN<sup>9</sup>  
 nibus



A non vsque ad ipsam vim diuinitatis, <sup>55</sup> Sic nec vsque ad integritatem à delicto, quia hoc soli Deo cedit, id est, veritati, & hoc solum imagini non licet. Sicut enim imago quum omnes lineas exprimat veritatis, vi tamen ipsa caret, non habens motum: <sup>56</sup> & anima imago spiritus, solum vim eius exprimit non valuit, id est, non delinquendi felicitate. Ceterum non esset anima, sed spiritus, nec homo qui animam fortitus est, sed Deus. Et alias autem non omne quod Dei erit, Deus habebitur: vt exoptules Deum & afflatum, id est, vacuum à delicto, quia Dei sit afflatus. Nec tu enim si in tibiam flaueris, hominem tibiam feceris, quanquam de anima tua flaueris, sicut & Deus de spiritu suo. Denique quum manifestè scriptura dicat: flasse Deum in faciem hominis, & factum hominem in animam viuam, non in spiritum viuificantem; separauit eam à conditione factoris. Opus enim aliud sit necesse est ab artifice, id est, inferius artifice. Nec vrceus enim factus, à figulo ipse erit figulus, ita nec afflatus factus à spiritu, idem erit spiritus. Ipsum quod anima, vocitatus est flatus. Vide etiã ne de afflatus conditione transierit in aliquam diminutionem qualitatem. <sup>56</sup> Ergo, inquis, dedisti animam infirmitatem supra negatam. Planè quum illam exigis Deo parem, id est, delicti immunem, dico infirmam. Quum verò ad angelum prouocatur, fortiorem defendam necesse est <sup>57</sup> dominum vniuersitatis, <sup>58</sup> cui iam angeli administrant, qui etiam angelos iudicaturus est, si in Dei lege constiterit, quod in primordio noluit. Hoc ipsum ergo potuit afflatus Dei admittere. Potuit, sed non debuit. Potuisse enim habuit per substantiæ exilitatem, quã afflatus, non spiritus: non debuisset autem per arbitrij potestatem, quã liber,

B non seruus, assistente amplius demonstratione non delinquendi sub comminatione moriendi, quã substrueretur substantiæ exilitas, & regeretur sententiæ libertas. Itaque non per illud iam videri potest anima deliquisse, quod illi cum Deo affine est, id est, per afflatum: sed per illud quod substantiæ accessit, id est, per liberum arbitrium, à Deo quidem rationaliter attributum, ab homine verò quã voluit agatum. Quòd si ita se habent, omnis iam Dei dispositio de mali exprobratione purgatur. Liberos enim arbitrij non ei culpam suam respuet à qua data est, sed à quo non vt debuit administrata est. Quod denique malum describes creatori, si delictum hominis, non erit Dei, quod est hominis? nec idem habendus est delicti auctor, qui inuenitur interdicator, immò & condemnator. Si mors malum, nec mors comminatori suo, sed contemptori faciet inuidiam, vt auctori. Contemnendo enim eam fecit, non vtique futuram si non contempsisset. [<sup>59</sup> Sed etiam homine in diabolum

transcriptis mali elogium, vt instinctorem delicti, vt sic quoque in creatorem dirigas culpam, vt in auctorem diaboli, qui facit angelos spiritus: ergo quod factus à Deo est, id est, angelus, id erit eius qui fecit. Quod autem factus à Deo non est, id est, diabolus, id est, delator, superest vt ipse sese fecerit deferendo de Deo & quidem falsum, <sup>61</sup> primò quòd Deus illos ex omni ligno edere vetuisset, dehinc quasi morituri non essent si edissent, tertio quasi Deus illis inuidisset diuinitatem. Vnde igitur malitia mendacij & fallaciæ in homines, & infamiam in Deum? à Deo vtique non, qui & angelum ex forma operum bonorum instituit bonum. Denique sapientissimus omnium æditur, antequam diabolus, nisi malum est sapientia. Et si euoluas Ezechielis prophetiam, facillè animaduertes tam institutione bonum angelum illum, quàm sponte corruptum. <sup>62</sup> In persona enim principis Sor, ad diabolum pronuntiat, Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, fume planctum super principem Sor, & dices: Hæc dicit Dominus, <sup>63</sup> Tu es resignaculum similitudinis, qui scilicet integritatem imaginis & similitudinis resignaueris, plenus sapientia, corona decoris (hoc vt eminentissimo angelorum, vt archangelo, vt sapientissimo omnium) In deliciis paradisi Dei tui natus es. Illic enim vbi Deus in secunda animalium figuræ formatione angelos fecerat. <sup>64</sup> Lapidem optimum indutus es, Sarcum, Topazium, Smaragdum, Carbunculum, Saphirum, Iaspin, Ligurium Achaten, Amethystum, Chrysolithum, Berillum, Onychium, & auro replesti horrea tua & thesauros tuos. Ex qua die conditus es, <sup>65</sup> cum Cherub posui te in monte sancto Dei, fuisti in medio lapidum igneorum, fuisti inquituperabilis in diebus tuis ex qua die conditus es, <sup>66</sup> donec inuente sunt læsura tuæ. De multitudine negotiationis tuæ promas tuas replesti & deliquisti, & cetera. Quæ ad suggillationem angeli, non ad illius principis propriè pertinere manifestum est, <sup>67</sup> eo quòd nemo hominum in paradiso Dei natus sit, ne ipse quidem Adã, trãslatus potius illuc: nec cum Cherub positus in monte sancto Dei, id est in sublimitate cœlesti, de qua satanam Dominus quoque decidisse testatur: nec inter lapides igneos demoratus, inter gemmantes siderum ardentium radios, vnde etiã quasi fulgur deiectus est sata-

Gen. 2.

Hebr. 1.  
1. Cor. 6.

CAP. X.

Hebr. 1.

Gen. 3.

Ezech. 28.

Gen. 2.

Ezech. 28.

Luc. 10.  
Ezech. 28.

IANUS  
anibus

Ibidem.

nas. Sed ipse auctor delicti in persona peccatoris viri denotabatur, retrò quidem inimitabilis à die conditionis suæ, à Deo in bonum conditus, vt à bono conditore inimitabilium conditionum, & excultus omni gloria angelica, & apud Deum constitutus, qui bonus apud bonum: postea verò à semetipso translatus in malum. Ex quo enim, inquam, paruerunt læsura tuæ: illi eas reputans, quibus scilicet læsit hominem electum à Deo sequio: & ex illo deliquit, ex quo delictū seminavit: atque ita exinde negotiationis, ad malitiæ suæ multitudinem exercuit, delictorum scilicet & censuū, non minus & ipse libertatis arbitrij institutus, vt spiritus. Nihil enim Deus proximum sibi non libertate cuiusmodi ordinasset. Quem tamen & prædånando testatus est, ab institutionis forma libidine propria concepta vtrò malitiæ exorbitasse: & commearum operationibus eius admetiendo, rationem bonitatis suæ egit: eodem consilio differens extinctionem diaboli, quo hominis restitutionem. <sup>68</sup> Certamini enim dedit spatium, vt & homo eadem arbitrij libertate ederet inimicum quã succiderat illi, probans suam, non Dei culpam: & ita salutem digne per victoriam recuperaret, & diabolus amariùs puniretur, ab eo quem eliserat ante delictus, & Deus tantò magis bonus inueniretur, sustinens hominem gloriosorem in paradiso.

CA P. XI. <sup>69</sup> Igitur videri videtur ad licentiam decerpendam arboris vitæ iam de vita regressurum. [ Igitur videri videtur delictum hominis Deus à primordio tantum bonus, exinde iudex & seuerus, & quod

Gen. 3. Marcionita volunt, sæpius. Statim mulier in doloribus paret, & viro seruire damnatur. <sup>70</sup> sed quæ antè sine vlla contristatione per benedictionem in clementi generis audivit.

Gen. 1. Crescite tantum & multiplicamini: sed quæ in adiutorium masculo, non in seruum

Gen. 2. fuerat destinata. Statim & terra maledicatur, sed antè benedicta. Statim tribuli & spinæ

Gen. 3. sed antè scænum, & herbæ, & arborum fructuosa. Statim sudor & labor panis, sed antè de terra

Gen. 1. omni ligno victus immunis, & alimenta secura. Exinde homo ad terram, sed antè de terra

Gen. 2. Exinde ad mortem, sed antè ad vitam. <sup>72</sup> Exinde in scortis vestibus, sed antè sine immunditia

Gen. 3. Illa ingenita, hæc accidens: illa propria, hæc accommodata: illa ædita, hæc adhibita. Nec

Gen. 2. natura enim inoperatam debuit continuisse bonitatem, nec causa dissimulatam causam

Gen. 3. seueritatem. Alteram sibi, alteram rei Deus præstitit. Incipe nunc etiam iudicis hanc

Gen. 2. ad finem mali arguere, qui idcirco alium Deum somniasit solummodo bonum, quæ non

Gen. 3. potes iudicem: quamquam & illum vt iudicem ostendimus. Aut si non iudicem, ante per-

Gen. 2. uersum ac vanum disciplinæ non vindicandæ, id est non iudicandæ constitucum. Non

Gen. 3. reprobas autem Deum iudicem, qui non iudicem Deum probas: Ipsam sine dubio iustitiam

Gen. 2. accusare debetis, quæ iudicem præstat, aut & eam in species malitiæ deputare, id est ini-

Gen. 3. iustitiam in titulos bonitatis ascribere. Nunc enim iustitia malum, si iniustitia bonum. Per-

Gen. 2. quem cogere iniustitiam de pessimis pronuntiare, eodem iugo vrgeris iniustitiam de op-

Gen. 3. timis censere. Nihil enim æmulum mali non bonum, sicut & boni æmulum nihil non ma-

Gen. 2. lum. Igitur quanto malum iniustitia, tanto bonum iustitia. Nec species solummodo iustiti-

Gen. 3. tutela reputanda bonitatis; quia bonitas nisi iustitia regatur, vt iusta sit, non erit bona, &

Gen. 2. iniusta sit. Nihil enim bonum, quod iniustum: bonum autem omne, quod iustum. [ Iustitia

Gen. 3. societas & conspiratio bonitatis atque iustitiæ, separatione earum non potes carere: quæ

Gen. 2. ore constitues diuersitatem duorum Deorum in separatione, seorsum deputans. De bono

Gen. 3. num, & seorsum Deum iustum: Illic consistit bonum, vbi & iustum. A primordio demum

Gen. 2. creator tam bonus, quam & iustus, pariter vtrunq; processit. Bonitas eius operata est

Gen. 3. dum, iustitia modalata est, quæ etiam tum mundum iudicauit ex bonis facientium, quæ

Gen. 2. cum bonitatis consilio iudicauit. <sup>74</sup> Iustitiæ opus est, quod inter lucem & tenebras separa-

Gen. 3. tio pronuntiata est, inter diem & noctem, inter cælum & terram, inter aquam superiorem

Gen. 2. & inferiorem, inter maris cœtum & aridæ molè, inter luminaria maiora & minora, inter

Gen. 3. atque nocturna, inter marem & fœminã, inter arbore agnitionis, mortis, & vitæ, inter

Gen. 2. blem & paradysum, inter aquigena & terrigena animalia. Omnia vt bonitas conceperat,

Gen. 3. iustitia distinxit. Totum hoc iudicatum dispositum & ordinatum est. Omnis situs, habitus

Gen. 2. elementorum, effectus, motus, status, ortus, occasus singulorum, iudicia sunt creatoris

Gen. 3. ipse eum: exinde iudicem definiendū quo malum cœpit, atque ita iustitiã de causa

Gen. 2. offusces. His enim modis ostendimus eam cum auctrice omnium bonitate prodille, &

Gen. 3. ipsam ingenitam Deo & naturalem nec obuentitiam deputandam, quæ in Dominum

Gen. 2. uenta sit arbitratrice operum eius. [ <sup>75</sup> At enim vt malū postea erupit, atque inde iam

Gen. 3. pit bonitas Dei cum aduersario agere, aliud quoque negotium eadem illa iustitia Deo

CA. XIII.

Gen. 3.

TERTULLI  
Cum Annotatis  
PAMELLII  
A. V.  
36.

A *eta* est iam secundum aduersionem dirigendae bonitatis, vt seposita libertate eius, qua & vltro Deus bonus, pro meritis cuiusque pensetur, dignis offeratur, indignis denegetur, ingratis auferatur: proinde omnibus a multis vindicetur. Ita omne hoc iustitiae opus procuratio bonitatis est, quod iudicando damnat, quod damnando punit, quod, vt dicitis, seuit, vtrique bono non malo proficit. <sup>76</sup> Denique timor iudicij ad bonum, non ad malum confert. Non enim sufficebat bonum per semetipsum commendari, iam sub aduersario laborans. Nam etsi commendabile per semetipsum, non tamen & conseruabile, quia expugnabile iam per aduersarium, nisi vis aliqua praesset timendi, quae bonum etiam nolentes appetere, & custodire compelleret. Ceterum tot illecebris mali expugnantibus bonum, quis illud appeteret quod impune contemneret? Quis custodiret, quod sine periculo amitteret? <sup>77</sup> Legis mali viam latam & multo frequentiore: nonne omnes illaberentur, si nihil in illa timeretur? Horremus terribiles minas creatoris, & vix a malo auelimur. Quid si nihil minaretur? Hanc iustitiam malum dices, quae malo non fauet? Hanc bonum negabis, quae bono prospicit? <sup>78</sup> Qualem oportet Deum, velles: qualem malles, expediret, sub quo delicta gauderent, cui diabolus illuderet, illum bonum iudicares Deum, qui hominem posset magis malum facere, securitate delicti? Quis boni auctor, nisi qui & exactor? Proinde quis mali extraneus, nisi qui & inimicus? Quis inimicus, nisi qui & expugnator? Quis expugnator, nisi qui & punitor? Sic totus Deus bonus est, dum pro bono omnia est. Sic denique omnipotens, quia & iuuandi & laedendi potens. Minus est, tantum-

Math. 7.

B modo prodesse, quia non aliud quid possit quam prodesse. De eiusmodi qua fiducia bonum sperem, si hoc solum potest? quomodo innocetiae mercede fectet, <sup>79</sup> si non & nocentiae spectem? diffidam necesse est, ne nec alteram partem remuneretur, qui vtranque non valuit. Vtque adeo iustitia etiam plenitudo est diuinitatis ipsius, exhibens Deum perfectum, & patrem & dominum. Patrem, clementia: dominum disciplina. Patrem, potestate blanda: dominum, seuera. Patrem, diligendum pie: dominum, timendum necessarie. Diligendum, <sup>80</sup> quia malit misericordiam quam sacrificium: & timendum, quia nolit peccatum. Diligendum, quia malit poenitentiam peccatoris quam mortem: & timendum, quia nolit peccatores sui iam non poenitentes. Ideo lex vtrunque definit. <sup>81</sup> Diliges Deum, & Timebis Deum. Aliud obsecutori proposuit, aliud exorbitatori. [ <sup>82</sup> Ad omnia tibi occurrat Deus, <sup>83</sup> idem percutiens, sed & sanans; mortificans, sed & viuificans; humilians, sed & sublimans; condens mala, sed & pacem faciens, vt etiam & hic respondeam haereticis: Ecce enim, inquit, ipse se conditorem profitetur malorum, dicens: Ego sum qui condo mala. Amplexi enim vocabuli communionem, duas malorum species in ambiguitate turbantem, quia mala dicuntur & delicta & supplicia, passim volunt eum conditorem intelligi malorum, vt & malitiae iniuste auctor renuntietur. Nos autem adhibita distinctione vtriusque formae, separatis malis delicti & malis supplicij, malis culpae, & malis poenae, suum cuique parti definimus auctorem, malorum quidem peccati & culpae, diabolum: malorum vero supplicij & poenae Deum creatorem, vt illa pars malitiae deputetur, ista iustitiae mala condetis iudicia aduersus mala delicti. De his ergo creator profitetur malis, quae congruunt iudici. Quae quidem illis mala sunt, quibus reconduntur: ceterum suo nomine bona quae iusta, & bonorum defensoria, & delictorum inimica, atque in hoc ordine Deo digna. Aut proba ea iniusta, vt probes malitiae deputanda, id est iniustitiae mala: quia si iustitiae erunt, iam mala non erunt, sed bona, malis tantummodo mala, quibus etiam directo bona pro malis damnantur. Constitue igitur iniuste hominem diuinae legis voluntarium contemptorem id retulisse, quo voluit caruisse; iniuste malitiam cui illius imbribus, dehinc & ignibus caesam; iniuste <sup>84</sup> Aegyptum sceleratissimam, superstitiosam, amplius hospitis populi consociatricem, decomplici calligatione percussam. <sup>85</sup> Indurat cor Pharaonis, sed meruerat in exitum subministrari, qui iam negauerat Deum, qui iam legatos eius toties superbus excusserat, qui iam populo laborem operis adiecerat: postremo qua Aegyptius olim Deo reus fuerat gentilis idololatriae, <sup>86</sup> ibidem & crocodilum citius colens quam Deum viuum, <sup>87</sup> Impedit & ipsum populum, sed ingratum. Immisit & pueris vrfos, sed irreuerentibus in Prophetam. [ <sup>88</sup> Iustitiae ergo primo iudicis dispice, cuius si ratio confiterit, tunc & seueritas, & per quae seueritas decurrit, rationi & iustitiae reputabuntur. Ac ne pluribus immoremur, aserite causas, ceteras quoque vt sententias condemneris: excusate delicta, vt iudicia reprobetis. Nolite reprehendere iudicem, sed reuincite malum iudicem. <sup>89</sup> nam etsi patrum delicta ex filiis exigebat, duritia populi talia remedia copulerat, vt vel <sup>90</sup> posteritatibus suis prospicientes, legi

IAN<sup>9</sup> nibus

Osce 6. & Math. 9. Eccl. 33. Deuter. 5.

CA. XIII. Deuter. 32. 1. Reg. 2. Ijai. 45.

Gen. 3. Ge. 7. et 19. Exod. 7. 8. 9. 10. 11. et 12. Exod. 10. Exod. 5. Num. 11. et 21. 4. Reg. 2. CA. P. XV.

Exod. 20.

diuinæ obedirent. Quis enim non magis filiorum salutem, quam suam curet? Sed est  
 15. 17. 18. benedictio patrum semini quoque eorum destinabatur, sine vilo adhuc merito eius, cur  
 22. & 26. non & reatus patrum in filios quoque redundaret? Sicut gratia, ita & offensa: vt per-  
 Hierem. 31. tum genus & gratia decurreret, & offensa? saluo eo quod postea decerni habebat: Non  
 & Ezech. 18. dicturos acidam vnam patres manducasse, & filiorum dentes obstupuisse, id est non sum-  
 pturum patrem delictum filij, nec filium delictum patris, sed vnumquemque delictum suum  
 futurum, vt post duritiam populi, duritia legis edomita, iustitia iam non genus, sed perso-  
 nas iudicaret. Quinquam si Euangelium veritatis accipias, ad quos pertineat sententia  
 rediens in filios patrum delicta, cognosces: ad illos scilicet qui hanc vltro sibi sententiam  
 fuerant irrogaturi, Sanguis illius super capita nostra & filiorum nostrorum. Hoc itaque  
 CAP. XVI. omnis prouidentia Dei censuit, quod iam audierat. [94 Bona igitur & seueritas, quæ  
 sta, si bonus iudex, id est iustus: Item cetera bona, per quæ opus bonum currit bonæ  
 ueritatis, siue ira, siue amulatio, siue seueritas. Debita enim omnia hæc sunt seueritati, se-  
 cut seueritas debitum est iustitia. Vindicanda erit procacitas ætatis verecundiam deo-  
 tis. Atque ita non poterunt iudici exprobrari, quæ iudici accidunt, carentia & ipsa  
 sicut & iudex. Quid enim si medicum quidem dicas esse debere, ferramenta vero car-  
 cuses, quod fecerit, & iurant, & amputent, & constrictent, quando sine instrumentis  
 artis medicus esse non possit? Sed accusa malè secantem, importunè amputatam, tenentem  
 inurentem, atque ita ferramenta quoque eius vt mala ministeria reprehende. Prohibet  
 enim, cum Deum quidem iudicè admittis, eos verò motus & sensus per quos iudicatur  
 struis. Deum nos à Prophetis & à Christo, nō à Philosophis nec ab Epicuro erudimur.  
 Philipp. 2. Qui credimus Deum etiam in terris egisse, & humani habitus humilitatem suscipisse,  
 causa humanæ salutis, longè sumus à sententia eorum qui nolunt Deū curare quidem.  
 » Inde venit ad hæreticos quoque definitio eiusmodi, 98 Si Deus irascitur & amulatur &  
 » extollitur, & exacerbat, ergo & corrumpetur, ergo & morietur. Benè autem quod  
 » Christianorum est, 99 etiam mortuum Deum credere, & tamen viuente in æuo  
 Stultissimi qui de humanis diuina prædicant, vt quoniam in homine corruptiorie  
 tionis habentur huiusmodi passiones, idcirco & in Deo eiusdem status existimant. De-  
 scerne substantias, & suos eis distribue sensus, tam diuersos, quam substantie exigunt.  
 ceter vocabulis communicare videantur. 100 Nam & dexteram, & oculos, & pedes  
 » gimus, nec ideo tamen humanis comparabuntur, quia de appellatione locantur. Quæ  
 » ta erit diuersitas diuini corporis & humani sub eisdem nominibus membrorum, tam  
 » & animi diuini & humani differentia sub eisdem licet vocabulis sensuum, quàm incorruptiorie  
 » ruptorios efficit in homine corruptibilitas substantiæ humanæ, quàm incorruptiorie  
 » Deo efficit incorruptibilitas substantiæ diuinæ. Certè Deum confiteris creatorem  
 » inquis. Quomodo ergo in Deo humanum aliquid existimas, & non diuini omnes? Quæ  
 » Deum non negas, confiteris non humanum. Siquidem Deum confitendo, prædicat  
 » vtique illum ab omni humanarum conditionum qualitate diuersum. Porro quomodo  
 » agnoscas hominem à Deo inflatum in animam viuam, non Deum ab homine, si  
 » uersum est, vt in Deo potius humana constituas, quàm in homine diuina, & hominem  
 » gine Deum imbuas potius quàm Dei hominem. Et hæc ergo imago censenda est  
 » homine, quod eisdem motus & sensus habeat humanus animus, quos & Deus, licet  
 » tales quales Deus. Pro substantia enim & status eorum & exitus distant. Denique  
 » rios eorum sensus, lenitatem dico, patientiam, misericordiam, ipsamque matricem  
 » bonitatem, cur diuina præsumitis? Nec tamè perfectè ea obtinemus, quia solus Deus  
 » fecerit. Ita & illas species, iræ dico & exasperationis non tam foeliciter patimur: quia  
 » Deus de incorruptibilitatis proprietate foelix. Irascetur enim, sed non exacerbat, non  
 » non periclitabitur: mouebitur, sed non euertetur. Omnia necesse est adhibeat propter  
 » nia, tot sensus, quot & causas. Et iram propter scelestos, & bilem propter ingratos, &  
 » lationem propter superbos, & quicquid nō expedit malis. Sic & misericordiam propter  
 » rantes, & patientiam propter non respicientes, & præstantiam propter merentes, & quæ  
 » bonis opus est, quæ omnia patitur suo more, quo cum pati condecet, propter quem  
 » eadem patitur æquè suo more. [101 Hæc itaque dispecta totū ordinem Dei iudicis  
 » rarium, & (vt dignius dixerim) protectore catholice & summæ illius bonitatis ob-  
 » dunt: quam semotam à iudicialis sensibus, & in suo statu puram nolunt Marcionem  
 » Matih. 5. eodem Deo agnoscere, pluentem super bonos & malos, & solem suum ortū facientem

TERTULLI  
 Cum Annotati  
 PAMELLI  
 A. V.  
 16.

A super iustos & iniustos: quod alius Deus omnino non præstat. <sup>103</sup> Nam etsi hoc quoque testimonium Christi in creatore, Marcion de Evangelio eradere ausus est, sed ipse mundus inscriptus est, <sup>104</sup> & omni à conscientia legitur: & erit hæc ipsa patientia creatoris in iudiciū Marcionis, illa patientia quæ expectat pœnitentiam potius peccatoris, quàm mortem; & mauult misericordiam quàm sacrificium; auertens iam destinatum exitum Niniuitis; & largiens spatium vitæ Ezechix lacrymis; <sup>105</sup> & restituens statum regni Babylonis tyranno pœnitentiã functo. Illam dico misericordiam, <sup>106</sup> quæ & filium Saulis moriturum ex deuotione populo concessit: & Dauid delicta in domum Vriæ confessum, venia liberauit: & ipsum Israël toties restituit, quoties iudicauit: toties refouit, quoties & increpuit. Non solum igitur iudicem aspiciens, conuertere & ad optimi exempla. Nota quum vlciscitur, cõsidera quum indulget. Repende austeritati lenitatem: <sup>107</sup> quum vtrumque conueneris in creatore, inuenies in eò & illud propter quem alterum Deum vredis. Veni denique ad inspectionem doctrinarum, disciplinarum, præceptorum, consiliorumque eius. Dices forsitan, hæc etiam humanis legibus determinari. <sup>108</sup> Sed ante Lycurgos & Solonas omnis, Moyses & Deus. Nulla posteritas non à primordiis accipit. Tamen non à tuo Deo didicit creator meus præscribere, Non occides, non adulterabis, non furaberis, non falsum testimonium dices, alienum non concupisces, honora patrem & matrẽ, & diliges proximum tuum vt teipsum. Ad hæc innocentix, pudicitix, & iustitix, & pietatis principalia cõsulta, accedunt etiam humanitatis præscripta: quum septimo quoque anno seruitia libertate <sup>109</sup> soluantur, quum eodem tempore agro parciatur egenis cedendo locum, <sup>110</sup> boui etiam terenti vincula oris remittuntur ad fructum præsentis laboris, quò facilius in pecudibus premeditata humanitas in hominum refrigeria erudiretur. [ <sup>110</sup> Sed quæ potius legis bona defendam, quàm quæ hæresis concupiit, vt talionis definitionem, oculum pro oculo, dentem pro dente, <sup>111</sup> & liuorem pro liuore repetentis? Non enim iniuriæ mutuo exercendæ licentiam sapit, sed in totum cohibendæ violentiæ propicit, vt quia durissimo & infideli in Deum populo longum, vel etiam incredibile videretur <sup>112</sup> à Deo expectare defensam, edicendam postea per Prophetam: Mihi defensam, & ego defendam, dicit Dominus: interim commissio iniuriæ metu vicis statim occursum repastinaretur: & licentia retributionis, prohibitio esset prouocationis, vt sic improbitas æstuada cessaret, dum secunda permissa, prima terretur: & prima deterrita, nec secunda committitur, quæ & aliàs facilior timor talionis <sup>113</sup> per eundem saporẽ passionis. Nihil amariùs quàm id ipsum pati, quod feceris aliis. <sup>114</sup> Et si lex aliquid tibi detrahit, & immanunda pronuntiat animalia, quæ aliquando benedicta sunt, consiliũ exercendæ continentix intellige, & frenos impositos illi gula agnosce, <sup>115</sup> quæ quum panem ederet angelorũ, cucumeres & pepones Aegyptiorũ deliderabat. Agnosce simul & <sup>116</sup> comitibus gula, libidini scilicet atque luxuriæ prospere, quæ ferè ventris castigatione frigescent. Manducauerat enim populus & biberat, & surrexerat ludere: proinde <sup>117</sup> vt & pecuniæ ardor restingueretur ex parte qua de victus necessitate caufatur, pretiosorum ciborum ambitio detracta est. Postremò vt facilius homo ad ieiunandũ Deo formaretur, paucis & non <sup>118</sup> gloriosis escis assuefactus, & nihil de lautioribus esuriturus. Reprehendendus sanè creator, quòd cibos potius populo suo abstulit, quàm ingratoribus Marcionitis. <sup>119</sup> Sacrificiorũ quoque onera & operationũ & oblationum negotiosas scrupulositates nemo reprehendat, quasi Deus talia sibi propriè desiderauerit, qui tam manifestè exclamat, Quò mihi multitudinẽ sacrificiorum vestrorũ? Quis exquisiuit ista de manibus vestris: sed illa Dei industriam sentiat, qua populum prouum in idololatriam & transgressionem, eiusmodi officiis religioni suæ voluit astringere, quibus superstizio seculi agebatur, vt ab ea auocaret illos, sibi iubens fieri quasi desideranti, ne simulacris faciendis delinqueret. [ <sup>120</sup> Sed & in ipsis commercis vitæ & conuersationis humanæ domi ac foris, adusque curam vasculorum omnifariam distinxit, vt istis legalibus disciplinis occurrentibus vbique, ne illi, momento vacarent à Dei respectu. <sup>121</sup> Quid enim faceret beatum hominem, quàm in lege Domini voluntas eius? & in lege Domini meditabitur die ac nocte. Quam legem non duritia promulgauit auctoris, sed ratio summæ benignitatis populi potius duritiam edomantis, & rudem obsequio fidem operosis officiis dedolantis: vt nihil de arcanis attingam significantiis legis spiritalis scilicet & Propheticæ, & in omnibus penè argumentis figuratæ. Sufficit enim in præfenti, si simpliciter hominem Deo obligabat, vt nemo eam reprobare debeat, nisi cui non placet Deo deseruire. Ad hoc beneficium non onus legis adiunãdum, etiam Prophe-

IAN<sup>2</sup>  
anibus



A significaret, edissererem, <sup>137</sup> nisi longum esset figuras argumentorum omnium creatoris expandere, quas forsitan nec admittis. Sed plus est si de absolutis reuincamini, simplicitate veritatis, non curiositate: sicut & nunc certa distinctio est sabbati humana, non diuina opera prohibentis. Ideoque <sup>138</sup> qui sabbatis lignatum ierat, morti datus est, suum enim opus fecerat, lege interdictum. Qui vero arcam sabbatis circumtuleraunt, impune gesserunt, non suum enim opus, sed Dei, ex praecepto scilicet ipsius administrauerunt. [<sup>139</sup> Proinde & si multitudinem vetans fieri omnium quae in caelo & in terra & in aquis, <sup>140</sup> ostendit & causas, idololatriae scilicet substantiam cohibentes. <sup>141</sup> subiicit enim, Non adorabitis ea, neque seruietis illis. Serpentis autem aenei effigies postea praecepta Moyli à Domino, non ad idololatriam titulum pertinebat, sed <sup>142</sup> ad remediandos eos qui à serpentibus infestabantur. <sup>143</sup> Et taceo de figura remedij. <sup>144</sup> Sic & Cherubim & Seraphim aurea in arca figuratum exemplum, certe simplex ornamentum, accommodata suggestui, longè diuersas habendo causas ab idololatriae conditione, ob quam similitudo prohibetur, non videntur similitudinum prohibitarum legi refragari, non in eo similitudinis statu deprehensa, ob quem similitudo prohibetur. <sup>145</sup> Diximus de sacrificiorum rationali institutione, auocante scilicet ab idolis ad Deum officia ea, quae si rursus eiecerat, dicens; Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum? hoc ipsum voluit intelligi, quod non sibi ea proprie exegisset. <sup>146</sup> Non enim bibam, inquit, sanguinem taurorum: quia & alibi ait, Deus aeternus non esuriat nec sitiet. <sup>147</sup> Nam & si ad oblationes Abel aduertit, & holocausta Noë odoratus est libenter, quae iocunditas siue viscerum veruecinorum, siue nidoris ardentium victimarum? Sed animus simplex & Deum metuens offerentium ea quae à Deo habebant, & pabuli & suavis olentiae gratia apud Deum deputabatur, non quae fiebant exigentis, sed illud propter quod fiebant, ob honorem scilicet Dei. Si cliens diuiti aut regi nihil desideranti, tamen aliquid vilissimi munusculi obtulerit, quantitas & qualitas muneris infuscabit diuitem & regem, an delectabit titulus officij? At si cliens ei munera vltro <sup>148</sup> vel etiam dicto, ordine suo offerat & solemniam regis obseruet, non ex fide tamen nec corde puro, nec pleno circa cetera quoque obsequia, nonne consequens vt rex ille vel diues exclamet; Quo mihi multitudinem munerum tuorum? Plenus sum. <sup>149</sup> &: Solennitates & dies festos & vestra sabbata odit anima mea; Vestra dicendo, quae secundum libidinem suam, non secundum religionem Dei celebrando, sua iam non Dei fecerant: conditionalem idcirco & rationalem demonstrauit recusationem eorum quae administranda praescripserat. [<sup>150</sup> Si vero etiam circa personas leuem vultis intelligi, quum reprobatur aliquando probatos, aut improuidum, quum probatur quandoque reprobandos, quasi iudicia sua aut damnet praeterita, aut ignoret futura: atquin nihil tam bono & iudici conuenit, quam pro praesentibus meritis & reicere & adlegere. <sup>151</sup> Adlegitur Saul, sed nondum despector Prophetae Samuelis. <sup>152</sup> Reicitur Salomon, sed iam à mulieribus alienis possessus, & idolis Moabitum & Sidoniorum mancipatus. Quid faceret creator, ne à Marcionitis reprehenderetur? <sup>153</sup> Bene adhuc agentes praedamaret iam propter futura delicta? Sed Dei boni non erat, nondum merentes praedamare. Proinde peccantes nunc non recusaret propter pristina benefacta. Sed iusti iudicis non erat, rescissis iam bonis pristinis scelera donare. Aut quis hominum sine delicto, vt eum Deus semper adlegeret, quem nunquam posset recusare? Vel quis item sine aliquo bono opere, vt eum Deus semper recusaret, quem nunquam posset adlegere? Exhibe bonum semper, & non recusabitur: exhibe malum semper, & nunquam adlegetur. Ceterum si idem homo, vt in vtroque pro temporibus, <sup>154</sup> in vtroque dispungetur à Deo, & bono, & iudice, qui non leuitate aut improuidentia sententias vertit, sed censura grauisima & prouidentissima, merita temporis cuiusque dispensat. [<sup>155</sup> Sic & poenitentia apud illum prauè interpretaris, quasi proinde mobilitate vel improuidentia, immò iam ex delicti recordatione poeniteat: quoniam quidem dixerit, Poenituit quod regem fecerim Saul: praescribens scilicet poenitentiam, confessionem sapere mali operis alicuius vel erroris. Potro non semper. Euenit enim in bonis factis poenitentiae confessio, ad inuidiam & exprobrationem eius, qui <sup>156</sup> beneficij ingratus extiterit. Sicut & tunc circa personam Saulis honorandam annuntiatur à creatore, qui non deliquerat; quum Saulem assumit in regnum, <sup>157</sup> & sancto spiritu auget: optimum enim adhuc, qualis, inquit, non erat in filiis Israelis, dignissime adlegerat, sed nec ignorauerat ita euenturum. Nemo enim te sustinebit improuidentiam ascribentem Deo ei, quem Deum non negans, confiteris & improuidum. Haec enim illi propria diuinitas constat. Sed malum factum Saulis (vt dixi)

IAN<sup>2</sup>  
nibus



- onerabat pœnitentiæ suæ professione, quam vacante delicto circa Saulis adlectione, con-
- sequens est inuidiosam potius intellegi, nõ crimosam. <sup>158</sup> Ecce, inquis, crimosam
- Ion. 3.* » animaduerto circa Niniuitas, dicente scriptura Ionæ: Et pœnituit Dominum de malitia
- Ion. 4.* » quam dixerat, facturum se illis, nec fecit. Sicut & ipse Ionas ad Dominum: Propterea proueni profugere in Tharsos, quia cognoueram te esse misericordem & misericentem, pœnitentem, & plurimum misericordiæ, pœnitentem malitiarum. Benè igitur quod pœnitentem optimi Dei titulum, patientissimi scilicet super malos, & abundantissimi misericordiæ & miserationis super agnoscentes & deplangentes delicta sua, quales tunc Niniuitæ. Si enim optimus qui talis, de isto prius cessisse debebis, non competere in talem, id est in optimam, etiã malitiæ concursum. <sup>159</sup> Et, quia Marcion defendit arborem bonam malos quæ fructus non licere producere, sed malitiam tamen nominauit quod optimus non capere, nunquid aliqua interpretatio subest etiam earum malitiarum intelligendarum, quæ possint & in optimum decucurrisse? Subest autem. Dicimus denique malitiam nunc significari, non quæ ad naturam redigatur creatoris quasi mali, sed quæ ad potestatem qualis dicitis, secundum quam enuntiarit, Ego sum qui condo mala; <sup>160</sup> &: Ecce ego criminatos vos mala, non peccatõria, sed vltoria, <sup>161</sup> quorum satis diluimus infamiam, vt congruentium iudici. Sicut autem licet mala dicantur, non reprehenduntur in iudice, nec hoc nomine suo malum iudicem ostendunt: ita & malitia hæc erit intelligenda nunc, quæ ex malis iudiciariis deputata, cum ipsis competat iudici. <sup>162</sup> Nam & apud Græcos inter malitiæ pro vexationibus & læsuris, non pro malignitatibus ponuntur, sicut & in hoc articulo. Atque ad eò si eius malitiæ pœnituit creatorem, quasi creaturæ reprobantem, qui iniquissimam ciuitatem dignè meritoque decreuerat abolendam. Ita quod inuoluerat non malè destinans, ex iustitia non ex malitia destinaret, sed pœnam ipsam malitiam nominauit, ex malo & merito passionis ipsius. Ergo dices, si malitiam iustitiam ne excusas, quia iuste exitium destinaret in Niniuitas, sic quoque culpandus est, quia iustitiæ, vtique non pœnitentiæ, pœnitentiam gessit. Immò nec iustitiæ, inquam, pœnitentiam Deum, & superest iam agnoscere quid sit pœnitentia Dei. Non enim si hominem in recordatione plurimum delicti, interdum & ex alicuius boni operis ingrata pœnitentia, & Deum proinde. In quantum enim Deus nec malum admittit, nec bonum dimittit, tantum nec pœnitentiæ boni aut mali apud eum locus est. Nam & hoctibi eam interpretatur determinat, dicente Samuèle Sauli, <sup>164</sup> Discedit Dominus regnum tuum de manu tua hodie, & dabit illud proximo tuo, optimo super te, & scindetur Israel in duas partes, & non conuertetur, neque pœnitentiam aget, quia non sicut homo est ad pœnitendum. Hæc itaque definitio in omnibus aliam formam diuinæ pœnitentiæ habet, quæ neque ex improuidencia, neque ex leuitate, neque ex vlla boni aut mali operis designatione reputatur, sicut humana. Quis ergo erit mos pœnitentiæ diuinæ? Iam relictis non ad humanas condiciones eam referas. Nihil enim aliud intelligitur, quam hominis conuersio sententiæ prioris, quæ etiam sine reprehensione eius possit admitti, cum homine nedum in Deo, cuius omnis sententiæ caret culpa. <sup>165</sup> Nam & in Græco hoc pœnitentiæ nomen, non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione componitur.
- C. A. xxv.* <sup>166</sup> quam apud Deum pro rerum variantum sese occurfura, ostendimus. [ <sup>167</sup> Iam ut vt omnia eiusmodi expediam, ad ceteras pusillitates & infirmitates & incongruentias
- Gen. 3.* » (vt putatis) interpretandas purgandasque pertendam. Inclamat Deus, Adam ubi es? scilicet ignorans ubi esset, & causato nuditatis pudore, an de arbore gustasset, interrogat, scilicet incertus. Immò nec incertus admissi, nec ignorans loci. Enimuerò quæbat conscientia peccati delitescens, euocatum prodire in conspectum Domini, non sola nominis inclamatione, sed cum aliqua iam tunc admissi suggillatione. <sup>168</sup> Nec in simplici modo, id est, interrogatorio sono legendum est, ubi es Adam? sed impresso percussio, & imputatio, Adam ubi es; id est, in perditione es, id est, iam hic non es, vt increpandi & dolendi exitus vox sit. Ceterum <sup>169</sup> qui totum orbem comprehendit, vt velut nidum; cuius cœlum thronus, & terra scabellum, nimirum huius oculos alios paradisi portio euaserat, quo minus illi vbicunque Adam ante euocationem videretur, tam latens quam de interdicta fruge sumens? Speculatorem vineæ vel horti tui, vt quis aut furunculus non latet, Deum puto de sublimioribus oculatiorem aliquid delicti præterire non posse. Stulte qui tantum argumentum diuinæ maiestatis &

TERTULLIANI  
Cum Annotatiõibus  
PAMELII  
A. V.  
36.

A manæ instructionis, <sup>170</sup> naso agis. Interrogabat Deus quasi incertus, & hinc liberi arbitrij probans hominem in causa aut negationis, aut confessionis, vt daret ei locum, spõte confitendi delictum, & hoc nomine relevandi, <sup>171</sup> sicut de Cain sciscitatur: Vbinam frater eius, quasi non iam vociferatum à terra sanguinem Abelis audisset: sed vt & ille haberet potestatem ex eadem arbitrij potestate sponte negandi delicti, & hoc nomine grauandi, atque ita nobis conderentur exempla confitentorum potius delictorum, quam negandorum, vt iam tunc initiaretur Euangelica doctrina, <sup>172</sup> Ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo damnaberis. Nam et si Adam propter statum legis dedit morti est, <sup>173</sup> sed spes ei salua est, dicente Domino: Ecce Adam factus est tanquam vnus ex nobis, de futura scijcet adlectione hominis in diuinitatem. Denique quid sequitur: Et nunc nequando extendat manum, & sumat deligno vitæ, & viuat in æuum. Interponens enim, & nunc, præsentis temporis verbum, temporalem & ad præsens dilationem vitæ fecisse se ostendit. Ideoque nec maledixit ipsum Adam nec Euam, <sup>174</sup> vt restitutionis candidatos, vt confessione releuatos, Cain verò & maledixit, <sup>175</sup> & cupidum morte luere delictum, mori interim vult, vt præter admissum, etiam negationis exemplo oneratum. Hæc erit ignorantia Dei nostri, quæ ideò simulabatur, ne delinquens homo quid sibi agendum sit, ignoret. <sup>176</sup> Sed: Ad Sodomam & Gomorrhã: descendens, Videbo (ait) si secundum clamorem peruenientem ad me, consumens: si verò non, vt agnoscã. Et hinc videlicet ex ignorantia incertus, & scire cupidus. An hic sonus pronuntiationis necessarius, non dubitatum, sed cominatum exprimens sensum sub sciscitationis obtentur: Quod si descensum quoque Dei irrides, quasi aliter non potuerit perficere iudicium, nisi descendisset, vide ne tuum æque Deum pulses. Nam & ille descendit, vt quod velle efficeret. [ <sup>177</sup> Sed & iurat Deus. Nunquid fortè per Deum Marcionis: immo, inquit, multò vanius, quod per semetipsum. Quid vellet facere, si alius Deus non erat in conscientia eius, hoc cum maximè iurantis, alium absque se omninò non esse. Igitur peierantem deprehendis, <sup>178</sup> an vanè deierantem: Sed non potest videri peierasse, qui alium esse non sciuit, vt dicitis. Quod enim scit, hoc deierans, verè non peierauit. Sed nec vanè deierat, alium Deum non esse. Tunc enim vanè deieraret, si non fuissent qui alios Deos crederent, tunc quidem simulacrorum cultores, <sup>179</sup> nunc verò & hæretici. Iurat igitur per semetipsum, vt vel iuranti Deo, credas alium Deum omninò non esse. Hoc vt Deus faceret, tu quoque Marcion cõegisti: iam tunc enim providebaris. <sup>180</sup> Proinde si & in promissionibus, aut cõinationibus iurat, fidem in primordiis arduam extorquens, nihil Deo indignum est, quod efficit Deo credere. Satis & tunc pusillus Deus in ipsa etiam ferocia sua, cum ob vituli consecratione efferatus in populum, de famulo suo postulat Moyse, <sup>181</sup> Sine me, & indignatus irã, disperdam illos, & faciam te in nationem magnam. Vnde meliorem soletis affirmare Moysem Deo suo, deprecatorem, immò & prohibitorum iræ. Non facies enim, inquit, istud, aut & me vna cum eis impende. Miserandi vos quoque cum populo, qui Christum non agnoscitis in persona Moyli figuratum, patris deprecatorem, & oblatorem animæ suæ pro populi salute. Sed sufficit si & Moyli propriè donatus est populus ad præsens. Quod vt famulus postulare posset à domino, id dominus à se postulauit. Ad hoc enim famulo dixit, Sine me, & disperdam illos, vt ille postulando & semetipsum offerendo non sineret, <sup>182</sup> atque ita disceres quatum liceat fidei & Prophetæ apud Deum. [ <sup>183</sup> Iam nunc vt & cetera compendio absoluam, quæcunque adhuc vt pusilla & infirma & indigna colligitis ad destructione creaturis, simplici & certa ratione proponã. <sup>184</sup> Deum non potuisse humanos congressus inire, nisi humanos & sensus & affectus suscepisset, per quos vim maiestatis suæ intolerabilem utique humanæ mediocritati, humilitate temperaret, sibi quidè indigna, homini autè necessaria, & ita iam Deo digna, quia nihil tam dignum Deo, quam salus hominis. De isto pluribus retractarem, si cui ethnicis agerè, quanquam & cù hæreticis non multò diuersa congressio stet. Quatenus & ipsi Deum in figura & in reliquo ordine humanæ conditionis <sup>185</sup> deuersatum iã credidistis, non exigitis utique diutius persuaderi Deum conformasse semetipsum humanitati, sed de vestra fide reuincimini. Si enim Deus, & quidè sublimior, tanta humilitate fastigiũ maiestatis suæ strauit, vt etiam morti subiceret, & morti crucis, cur non putetis postro quoque Deo aliquas pusillitates congruisse, tolerabiliores tamen Iudaicis contumeliis & patibulis & sepulcris? <sup>186</sup> An hæc sunt pusillitates, quæ iã præiudicare debent Christum humanis passionibus obiectum, eius Dei esse, cuius humanitates exprobratur à vobis? <sup>187</sup> Nã & profitemur Christum semper egisse in Dei patris nomine, ipsum ab initio conuersatum; ipsum

JAN  
nibus



Gen. 12.

Ioan. 1.

Psal. 8.

Gen. 18.

Gen. 3. et 4.

Isa. 45.

Matth. 11.

Exod. 33.

congressum cum Patriarchis & Prophetis, filium creatoris, <sup>188</sup> sermonē eius, quem se-  
metipso proferendo filiū fecit, vt exinde omni dispositioni suā voluntatiq̄e præfere-  
minuens illum modico citra angelos, sicut apud eum scriptū est: quā diminutione, in  
quoque dispositus est à patre, quā vt humana reprehenditis, edicens iam inde à prin-  
cipio, iam inde hominē, quod erat futurus in fine. Ille est qui descendit; ille qui interrogat  
tur Euangelium, dicente Christo: Nemo cognouit patrem nisi filius; ipse enim & vter-  
Testamento pronuntiarat, <sup>189</sup> Deum nemo uidebit, & uiuet: patrem inuisibilem dete-  
minans, in cuius auctoritate & nomine ipse erat Deus, qui uidebatur Dei filius, <sup>190</sup> sed  
& penes nos Christus in persona Christi accipitur, quia & hoc modo noster est. Leges  
quæcunque exigitis Deo digna, habebuntur in patre inuisibili, incogressibiliq̄e: <sup>191</sup> ut  
cideo, & (vt ita dixerim) Philosophorum Deo. Quæcunque autem vt indigna repre-  
dicitis, deputabuntur in filio, & uiso, & audito & congresso, arbitro patris & ministro, re-  
sciente in semetipso hominem & Deum, in uirtutibus Deum, in pusillitatibus hominem,  
vt tantum homini conferat, quantum Deo detrahit; totum denique Dei mei penes nos  
dedecus, sacramentum est humanæ salutis. Conuersabatur Deus, vt homo diuina agere  
doceretur. Ex æquo agebat Deus cum homine, vt homo ex æquo agere cum Deo possit.  
Deus pusillus inuentus est, vt homo maximus fieret. Qui talem Deum designatis, nec  
an ex fide credas Deum crucifixum. Quanta itaque peruersitas uestra erga utrumque  
nem creatoris. Iudicem eum designatis, & seueritatem iudicis secundum merita cau-  
rum congruentem pro sauitia exprobratis. Deum optimum exigitis, & lenitatem eius  
nignitati congruentem, pro captu mediocritatis humanæ deiectis conuersatam, vt  
fillitatem depreciatis. Nec magnus uobis placet, nec modicus, nec iudex, nec amicus.  
Quid si non eadē & in uestro deprehendantur? <sup>192</sup> IUDICEM QUIDEM ET ILLUM  
ESSE IAM OSTENDIMVS, IN LIBELLO SVO; & de iudice necessarē loquor.

C. XXVIII.

& de se uero sicut sauiū, si tamen sciam. <sup>193</sup> Nunc & de pusillitatibus, & malignitatibus  
ceterisque notis, & ipse aduersus Marcionem Antithefēis æmulas faciam. <sup>194</sup> Si signum  
Deus meus esse alium super se, etiā tuus omnino non sciuit esse alium infra se. Quod enim  
ait <sup>195</sup> Heraclitus ille tenebrosus, eadem uia sursum & deorsum. Denique si nō ignarus  
& ab initio ei occurrisset. <sup>196</sup> Delictum & mortem, & ipsum auctorem delicti dedit,  
& omne malum, quæ Deus meus passus est esse, hoc & tuus qui illū pati passus est  
tauit sententias suas Deus noster, proinde quā & uester, qui enim genus humanum tan-  
rō respexit, eam sententiam mutauit, quā tanto æuo non respexit. <sup>197</sup> Penitentiam  
aliquo Deum nostrum, sed & uestrum. Eo enim quod tandem animaduertit ad hominum  
salutem, penitentiam dissimulationis pristinam fecit, debitam malo facto. Porro malum  
factum deputabitur negligentia salutis humanæ, non nisi per penitentiam emendatam  
apud Deum uestrum. <sup>198</sup> Mandauit fraudem Deus noster, sed auri & argenti. Quam  
tem homo pretiosior auro & argento, tanto fraudulentior Deus uester, qui hominem  
mino & factori suo eripit. <sup>199</sup> Oculum pro oculo reposcit Deus noster, sed & uester  
prohibens, iterabilem magis iniuriam facit. Quis enim non rursum percutiet, non re-  
pessus? <sup>200</sup> Nescit Deus noster qualeis adlegeret, ergo nec uester. Iudam traditorem non  
adlegisset, si præscisset. <sup>201</sup> Si & mentium alicubi dicitis creatorem, longē minus mendacium  
est in tuo Christo, cuius corpus non fuit uerum. <sup>202</sup> Multos sauitia Dei mei delin-  
psit, tuus quoque Deus quos saluos non facit, utique in exitum disponit. Deus meus  
quem iussit occidi, tuus semetipsum uoluit interfici, non minus homicida in semetipso  
quā in eum à quo uellet occidi. Multos autem occidisse Deum eius probabo. Marcionem  
Nam fecit homicidam, utique periturum, nisi si populus nihil deliquit in Christo. <sup>203</sup> Ceterum  
expedita uirtus ueritatis, paucis amat. Multa mendacio erunt necessaria. <sup>204</sup> Ceterum

CA. XXIX.

ipias quoque Antithefēis Marcionis cominus cecidisset, si operosiore destructione  
rum egeret defensio creatoris tam boni quā & iudicis, secundum utriusque partis con-  
pla congruentia Deo, vt ostendimus. Quod si utraque pars bonitatis atque iustitiæ  
gnam plenitudinem diuinitatis efficiunt omnia potentis, compedio interim possumus  
tithēfēis reuoluisse, gestiētēis ex qualitatibus ingeniorum siue legum, siue uirtutum di-  
nere, atque ita alienare Christum à creatore, vt optimum à iudice, & mitem à fero, &  
tarem ab exitioso. Magis enim eos coniungunt, quos in eis diuersitatibus ponit que  
congruunt. <sup>206</sup> Aufer titulum Marcionis, & intentionem atque propositum operis ipsius

TERTULLI  
Cum Annotatiōe  
PAMELII  
A. V.  
36.

A & nihil aliud præstat quàm demonstrationem eiusdem Dei optimi & iudicis, quia hæc duo in solum Deum competunt. Nam & ipsum studium in eis exemplis opponendi Christum creatori, ad vnitatem magis spectat. Ad eò enim ipsa & vna erat substantia<sup>207</sup> diuinitatibus, bona & seuera, & eisdem exemplis & in similibus argumentis, vt bonitatem suam voluerit ostendere, in quibus præmiserat seueritatem. Quia nec mirum erat, diuersitas temporalis, si postea Deus mitior pro rebus edomitis, qui retrò austerior pro indomitis. Ita per Antitheses faciliùs ostendi potest ordo creatoris à Christo reformatus. Quo repercussus & redditus potius quàm exclusus, præsertim Deum tuum ab omni motu amariore fecernas, vtique & ab æmulatione creatoris scilicet. Nam si ita est, quoniam cum Antitheses singulas species creatoris æmulatum demonstrant, agnoscam igitur & in hoc per illas Deum meum zelorem,<sup>208</sup> qui res suas arbusiiores in primordiis, bona & rationali æmulatione maturitatis præcurauerit suo iure. Cuius Antithesis etiam ipse mundus eius agnosceret, ex contrarietatibus elementorum summa tamen ratione modulatus. Quamobrem inconsiderantissimè Marcion alium Deum lucis ostendisse debueras, alium verò tenebrarum, quo faciliùs alium bonitatis, alium seueritatis persuasisses. Ceterum eius erit Antithesis, cuius est & in mundo.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII  
IN LIBRVM SECVNDVM ADVERSVS  
Marcionem.

I. DE DEO IYSTO, ET TAMEN OPTIMO. ] Hoc ad clariorem libri intellectum recens adieci-  
mus, ex ipso Tertulliano, sicuti sub finem Argumenti ad-  
notauimus.

CAP. I.

2. Occasio reformandi opusculi huius, &c. ] Caput hoc primum non est aliud quàm: Præfatio. Ad-  
ludit autem ad illud cap. 1. lib. 1. aduersus Marc. Primum  
opusculum quasi properatum, &c. ne hic prolixio-  
ri simus. Placet verò magis quod vulgò legitur: libello,  
quam quod habet 1. Pat. MS. cod. libellulo; quia satis  
iusta magnitudinis est dictus liber primus aduersus Marc.  
in quo alterum Deum omnino non esse definiuit,  
in hoc verò defendit, dignè Deum esse.

3. qui propria paratura caret, &c. ] Paraturam  
(inquit Rhenanus) & hic vocat materiam. Sic l. de Car-  
ne Christi, cap. 8. Debeo (inquit) illos de sua paratura  
repercutere. Item libro præcedenti, cap. 11. Nullam sibi  
prospexit agnoscendo paraturam. Adnotat præ-  
terea Dn. Latinius similes locos ex lib. 4. aduersus Marc. sub  
initium: & omnem paraturam impij atque sacrile-  
gi Marcionis; & rursum eodem lib. cap. 2. habuit vtique  
auctenticam paraturam.

4. quem quantum constaret esse, &c. ] Sic etiam  
(inquit idem Rhenanus) alibi loqui solet per quantum, &  
tantò.

CAP. II.

5. At nunc negotium patitur Deus omnipotens, &c. ] Titulum huic capiti dedimus: Aduersus Mar-  
cionitas, qui Deo negotium faciunt, de arbitrio  
sentis sui Deum penitantes. Quod ipsum etsi in alios  
multos hereticos competat, vti videre est supra sub finem  
libri de Præscrip. aduersus her. cap. 4. 5. & sequentibus, pro-  
prie tamen in Marcionitas competit, qui nouum Deum si-  
bi commentati sunt, alium à Deo omnipotente, Do-  
mino & conditore vniuersitatis.

6. etiam ante Romulum ipsum, nedum ante

Tiberium. ] Et si dicat, etiam ante Urbem conditam, à  
qua suos Annales digerebant antiquis. Sine autem le-  
gas cum MS. 1. Pat. eam tu si perficere non valeas,  
sive cum aliis: vales, perinde est; & sive cum illo legas:  
vtique maiores, nempe: radios, sive: maioris, vt potè:  
Solis. Sunt verò voces Terrullianicæ: retractas, & re-  
tractares, pro: tractare.

7. ipse iam tunc Apostolus, &c. ] Addimus:  
tunc, ex 1. MS. cod. Et qui pro suo more Apostolum ci-  
tam Rom. 11. addit etiam alia quadam ex cap. 1. Sai. 40. ad  
quod Apostolus haud dubiè respicit, sicuti adnotauimus  
suprà lib. aduersus Hermog. cap. 17. num. 57.

8. Cui & Apostolus condicet: O profundum,  
&c. ] Sic castigauimus ex 2. Pat. MS. cod. pro eo quod  
erat corruptiss. contradicet; idque eò magis, quod et-  
iam alibi non semel: condicete, Auctori visitatum  
sit, pro similiter dicere, vti supra adnotauimus lib. 1.  
aduersus Marcion. cap. 20. num. 138. De illo verò Rom.  
11. O profundum, &c. vide supra dicto lib. aduersus  
Hermog. cap. ult. num. ult.

9. quasi cognoscat aliquis quæ sint in Deo,  
&c. ] Pro more iterum suo, scripturas coniungit Ex Epist.  
1. ad Corinth. cap. 1. 2. & 3. nam istud reperitur cap. 2. il-  
lud verò: Mundi autem habentes spiritum, &c. cap.  
1. sicut quod sequitur: Sapientia mundi stultitia est  
penes Deum, cap. 3. itaque illud: Sed nos scimus,  
&c. cap. 1. Nova autem erat illa lectio Auctoris hoc loco:  
non agnoscentes insipientiam Dei per sapientiam  
Deum, pro eo quod Græcè est, Latine, & Syriacè: Nam  
quia in Dei sapientia non cognouit mundus per Sa-  
pientiam Deum; in quo tamen consentiunt etiam MS.  
2. Pat. codices, & B. Cyprian. lib. 3. Testim. ad Quirin.  
cap. 69. & ipse Auctor infra lib. 5. aduersus Marc. ex pro-  
fesso hanc scripturam tractans. Quare omnino castigand-  
um duximus: in sapientia Dei, pro: insipientiam Dei,  
maximè quum illud bis loco citato habeat, & insuper  
pulchrè explicet Auctor.

IAN<sup>9</sup>  
mibus

10. homo animalis, non recipiens quæ sunt spiritus, &c. ] Istud rursum reperitur 1. Cor. 2. ubi dissentit à Græcis & Latinis codicibus, qui legunt: quæ sunt spiritus Dei; sed etiam Symiacus Interpres veritè duntaxat: spiritalia. Refert autem istud Auctor ad Adamum.

11. Ideoque non habendo fidem, etiam quod videbatur habere, ademptum est illi, &c. ] Pulcrè explicat illud Luc. 8. Qui enim habet, dabitur ei, & qui non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab eo; id in simili ad Adamum, referens, cui non habendo fidem, etiam quod videbatur habere, ademptum est, nempe paradisi gratia, & familiaritas Dei, per quam omnia Dei cognouisset, si obedisset. Vbi ad verbum translatis: quod videtur habere, pro eo quod est Græcè: ὁ δοκεῖ εἶχεν.

12. Aut quis dubitabit, ipsum illud Adæ delictum, hæresin pronuntiare, &c. ] Etiam notatu dignus est hic locus, quod initium omnis hæreses ab Adami delicto deducat, ut patet (scilicet sequitur) quod per electionem suam potius quam diuinæ sententiæ admittit; in quo adludit ad definitionem hæreses, de qua latè supra lib. de Præscript. aduers. hær. cap. 6. num. 32. 33. ac 34. Placere prius magis illud primæ editionis: rudis adhuc hæreticus fuit, pro eo quod ex Gorziensi codice substituit Rhenan. rudis admodum, nisi hoc reperiretur in Vatic. 2. MS. cod. Quorum unus legit: obaudiuit, pro: obaudire, sed non refert. Omnis autem secundum utrumque Vatic. cod. & ante voculam: bonum.

13. & ipse si fortè, &c. ] Si fortè (inquit Rhenan.) pro fortè, ut libro precedente, cap. 24. Dispenatorem si fortè bonitatis ostendis intelligendum.

## CAP. III.

14. Igitur oportebit incuntes examinationem, &c. ] Caput hoc inscriptum: Bonitatem Dei creatoris, æternam esse.

15. in suam summam commisit bonitatem. ] Sic etiam (inquit Rhen.) supra locus est. Sunt autem plura scilicet Tertullianica mox repetita: obuentiæ bonitatis, prouocatiuæ anagnationis, & exinde, censendam. Legimus proinde ex 1. Vatic. MS. cod. Si enim ipsa (nempe bonitas) constituit initium, pro: ipse; eo quod sequitur: non habuit initium ipsa; & ab ea etiam ratio temporum nata est; rursum: quæ fecit tempus; & quæ constituit initium.

## CAP. IIII.

16. Igitur quum cognoscendo Deo hominem prospexisset, &c. ] Inscriptionem huic capiti damus: Bonitatis Dei æternitatem comprobari, ex conditione hominis & mundi, ac lege quam Deus homini præscripsit. Vbi pulcrè de mundo dicit, quod illud domicilium homini commentata sit Dei bonitas, ut patet eius solius causâ, mundum factum fuisse etiam Lactantius doceat Instit. diuin. lib. 7. cap. 4. ex Stoicorum sententiâ.

17. Eructauit (inquit) cor meum sermonem optimum. ] Eodem modo initium Psal. 44. supra citauit lib. adu. Hermog. cap. 18. pro eo quod editiones Hebr. Græca, Chaldaica, & Latina omnes: bonum.

18. utique optime arboris, &c. ] Adludit ad illud Matth. 7. Bona arbor fructus bonos facit; quod pro se perperam interpretabatur Marcion, uti supra lib. 1. adu. Marc. adnotauimus cap. 2. num. 26.

19. blasphemie furculus, &c. ] Sic rectè Rhen. pro eo quod antea erat: furculus, accipitur enim pro palmitè, de quo scribitur Ioan. 15. (quod adludere videtur Auctor)

Mittetur foras sicut palmes, & aresecer. Est vero illud Tertullianicum: Aspice ad summam, pro eo quod antea dicitur: in summa. Retineri autem potest: fructificauit, aut legi cum Vatic. 1. fructificauit.

20. Et dixit Deus, Fiat, &c. ] Sicut hæc de summa cap. 1. Gen. ubi non semel, sed sæpius repetuntur, de summa vide supra lib. aduers. Hermog. cap. 12. num. 48. de summa argumentum tractat. Atqui Tertullianica summa de summa signans & dispungens; & quod non ita manifestè sequitur: bonitas & quidem operantior, summatior. Verum debent in duas voces distingui: bene sciebat, ac male faceret; & omnia vnicuique, legi debet bonitas inflauit animam, non mortuam, sed viuam, ut verterit Metaphrasticas: animam, quod est 2. spiraculum vite.

21. totius orbis possidens, &c. ] Hæc phrasia (inquit Rhenan.) sic & paulo post: Et æternitatem potens. Pulcrè autem paradysum comparat conuersa.

22. Sciebat illi sexum Mariæ, &c. profuerunt, &c. ] Notius est quid profuerit homini, & deinde Ecclesiæ Mariæ, quam ut testimonio plurimum, quod

23. ipsa quoque libertate rationali, &c. ] Adludit ad hominis liberum arbitrium, de quo supra cap. 5. 6. 7. & 8. seq.

24. et subiectus, qui subiecerat illi omnia, &c. ] Promississimus erat in scripturis, adludit ad Ioh. Corinth. 15. Tunc & ipse filius subiectus erit, ut subiecit ei omnia; quod etiam de Christo dicitur, inueniatur etiam adplicat.

## CAP. V.

25. Iam hinc ad questiones omnes, de istolum huic capiti damus: Quod lapsus hominis a Deo imputandus, sed libero illius arbitrio.

26. O canes, quos foras Apostolus expulit, &c. ] Adludit ad illud Apocal. 22. Foris erant, & que adeo facit hic locus contra Brasimium, & deinde dam, qui Apocalypsin aduent negare inueniunt, de quo aliquid supra diximus lib. de Præscript. aduers. hær. cap. 33. num. 195. & latius infra lib. 4. adu. Marc. in Scorpiaco.

27. Si Deus bonus & præcisus futurus, &c. ] Hæc sunt Marcionis, quibus adeo notam ad marginem adnotamus, sicuti aliis plerisque; aut saltem eius doctrinam phrasim suam ea protulit Auctor, ut ex illa patet perperam scilicet censum. Proinde responsio Auctoris distinguenda est: Ad hæc (nempe ut respiciamus) Vera est, &c.

28. Ex operibus in eundem probationes, &c. ] Hanc definitionem Christo adscribit, adludit ad Ioh. 10. Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me; & si minus non credideritis, operibus credite.

29. Nam, et si ex aliqua materia, ut quidam lunt, &c. ] Intelligit Hermogenem & Hermogenem hereticos, qui ex materia Deo coæterna mundum lunt, quum adserere non verebantur, contra quam hæresis lunt Lector supra librum adu. Hermogenem integrum, & quod neque illis hæc sentire Auctorem, satis patet ex eo, quod aduenit: ut quidam volunt, præterea non veritas alibi late tractauimus.

30. Liberum & sui arbitrii & suæ potestatis uenio hominem a Deo institutum, &c. ] Quæ uenio arbitrii a Deo institutus sit homo, non est qui dubitet. Verum quia id negatum fuit, iuxta quod

TERTULLIANI  
Cum Annotatiōe  
PAMELII  
A. V.  
16.

à Simoni & Valentinianis, & haud dubie à Marcione, latissime id prosequitur Auctor, ita tamen ut non obscure etiam significet, post peccatum remansisse in homine liberum arbitrium, uti mox docebimus latius numer. 32.

31. Hunc statum eius confirmauit etiam ipsa lex, tunc à Deo posita. *Nempè illa, quam cap. preced. citauit: Quae die autem ederitis, morte motiemini. Istud uero idem penè uerbis repetitur cap. sequi. In hoc & lex constituta est, &c.*

32. Sic & in posteris legibus creatoris, &c. *Quam agat de legibus & praeceptis quae in Exodo, Leuitico & Deuteronomio promulgatae sunt, quae dudum post peccatum late, tamen etiam ex illis probans liberum hominis arbitrium, dicens eas non promulgatas iri à Deo, nisi & ad obsequium & ad contemptum libero & uoluntario homine; confirmat communem Catholicorum sententiam de libero hominis arbitrio etiam post peccatum. Quod multo apertius docet hoc huius materiae Epiphonemate in calce cap. 8. Atque adeo eundem hominem, eandem substantiam animae, eundem Adæ statum, eandem arbitrij libertas & potestas, victorem effecit hodie de eodem Diabolo, quum secundum obsequium legum eius (nempè Dei) administratur. Et rursum cap. 25. ubi tractans illud Gen. 3. Adam ubi es? quod protulit post peccatum Deus. Interrogabat (inquit) Deus quali incertus, & hinc liberi arbitrij probans hominem, in causa aut negationis, aut confessionis; & mox: sicut de Cain (ciscitatur (quod etiam multo post contigit) Vbinam frater eius? &c. ut ille haberet potestatem ex eadem arbitrij potestate sponte negandi delicti, &c. atque ita nobis conderentur exempla, confitendum potius delictorum, quam negandorum. Eodem pertinet cap. xxi. lib. de Anima integrum supra hoc Tomo: Quod est uniformis, conuertibilis sit tamen Anima, id est liberi arbitrij. Vbi praeterquam quod notat Valentinianos (aduersus ad cap. 26. lib. adu. Valentin.) qui conuertibilem negabant naturam, quia arbor bona malos non ferat fructus, &c. & Hermogenem (sicuti cap. 12. aduersus eundem adferit) qui de mala in bonam naturam demutari non posse contendebat, ad institutum nostrum propius. Haec erit (inquit) vis diuinæ gratiae potentior utriusque naturæ, habens in nobis subiacentem sibi liberam arbitrij potestatem, quod αὐτῆς ἑστίον dicitur; quæ quum sit & ipsa naturalis atque mutabilis, quoquò uertitur, natura conuertitur. Inest autem nobis (ergo etiam post peccatum, in uo hodiè que) αὐτῆς ἑστίον naturaliter, iam & Marcioni ostendimus & Hermogeni. Quibus uerbis haud dubie ad hunc locum addidit, sicuti ibidem adnotauimus numer. 279. ubi & Lector inueniet aliquot similes locos Veterum de αὐτῆς ἑστίον. Quibus adiuere licet B. Hieronymi, illud lib. 3. aduers. Pelag. Quod Græci dicunt αὐτῆς ἑστίον, & nos liberum arbitrium appellamus. Rursum quod cap. sequens. lib. de Anima habet Auctor: Definimus animam, &c. liberam arbitrij. & quod habet infra Tom. 5. lib. de Exhort. ad castitatem, idem penè quibus hic uerbis: Itaque quum utrumque ex praeceptis eius didicerimus, quid uelit & quid nolit, iam nobis uoluntas est eligendi alterum, sicut scriptum est: Ecce posui ante te bonum & malum, gustasti enim de arbore agnitionis. Et idè non debemus quod nostro expositum est arbitrio, in Dei referre*

uoluntatem, quos uult ipse & uelle, qui malum non uult. Denique illud lib. de Monogamia: Nec idè duritia imputabitur Christo de arbitrij cuiusque liberi uitio. Ecce (inquit) posui ante te bonum & malum, elige quod bonum est: Si non potes, quia non vis (posse enim te si uelis ostendit, quia tuo arbitrio utrumque proposuit) discedas oportet ab eo, cuius non facis uoluntatem. Citatur etiam à quibusdam in eandem sententiam libri Apologeticus, Ad Scapulam, de Patientia, de Carne Christi, & quartus aduers. Marcionem, sed loci hæcenus à me reperi non potuerunt. Nec absimiliter Tertulliani discipulus B. Cyprian. Epist. ad Cornelium de Fortunato & Felicitissimo, de Christo loquens, quum dixit Apostolis suis: Numquid & uos uultis abire? seruans (inquit) legem, quæ homo libertati suæ relicta, & in arbitrio proprio constitutus, sibi metipsi mortem appetit uel salutem. Cui similes sunt loci apud eundem lib. de Unitate Ecclesiae, & lib. 3. Testim. ad Quirinum cap. 52. ubi scripturas citat Deuter. 30. & Isai. 1. Atque hoc hauserunt, non ex his scripturis modo hic addatis, sed etiam ex Irenæo lib. 4. cap. 9. 29. ac 71. ad quæ loca uide Adnotationes Fecundantij nostri, num. 3. ex Patribus primi seculi, num. 7. ex secunda ætatis Veteribus, & num. 1. 3. ac 4. seculi scriptoribus, ut omitam c. 29. l. 5. Valeant itaque Magdenburgenses, qui Patres de libero arbitrio contraria scripserunt; & Galasius in Irenæum, qui Catholicorum Patrum conformem sententiam Pelagianismi accusare non ueretur. Cui sufficere debebat uel solum illud B. Hieronymi lib. 3. aduers. Pelagianos: Ego ne liberum uolero arbitrium, qui in tota dissertatione mea nihil aliud egi (sicut etiam Tertullianus hoc loco & alij Patres omnes) nisi ut omnipotentiam Dei cum libero arbitrio conseruarem? Porro ad iudicium etiam hic ad illud Ecclesiastici 15. alibi etiam bis à se citatum: Ecce posui ante te bonum & malum, uitam & mortem, uerbis non nihil transposuit, deinde ad legem Decalogi dicitur à Deo, Exodi 20.

CAP. VI.

33. Sed quoniam ex hoc iam intelligimus, &c. *Caput hoc inscripsimus: Quod & bonitas Dei & ratio requirat, hominem constitui liberi arbitrij. At qui legimus ex 2. Vatic. MS. cod. ut quod ei euenit, prouenit.*

34. penes Deum Marcionis, irrationabiliter bonum, sicut ostendimus, &c. *Ad iudicium ad cap. 23. lib. 1. adu. Marc. ubi tractauit: Deum Marcionis non esse rationabiliter bonum.*

35. imago & similitudo Dei, &c. arbitrij scilicet libertas & potestas, &c. *Longè aliter hic imaginem & similitudinem Dei, ad quam factus est homo, interpretatur, quam alibi solet, & præsertim lib. de Baptis. cap. 5. ubi de eo aliquid adnotauimus num. 42. sicuti etiam: quomodo ad flatum Dei dicatur anima, ibidem n. 43. & latius lib. de Anima, non uno in loco, & infra c. 9. Eodem pertinet quod infra legitur cap. 8. de homine: Sed imago & similitudo Dei fortior angelo, sed ad flatum Dei generosior spiritu materiali, quo angeli constituerunt. Atqui sunt Tertullianicæ uoces: mundi possidens homo, sui famulus, quamquam interim sub finem huius cap. legatur: malo sicut & bono famulus.*

36. quasi libripens emancipati à Deo boni, &c. *Etiam alicubi supra usurpata est uox libripens ab Auctore pro statera; cui etiam liberum arbitrium comparatur à D. Basilio in Psalm. 61. tractante illud: Mendaces si-*

JAN<sup>9</sup>  
mibus





vertit iniquitates in te, quum Auctor laceratur max interpretetur, quibus laetit hominem. Atqui vocabulo laceratur (inquit Rhen.) sepe usus est ante. Lib. de Patientia, cap. 7. Demonstrat (inquit) per abiectionem diuitiarum laceratur quoque earum computandas non esse, & alius in locis, ut adnotauimus. Atqui sicuti alia hic multa, ita etiam aliter distinxit quod sequitur secundum Ezechielem: De multitudine negotiationis tuae promas tuas replesti, & deliquisti, & cetera. Quae, &c.

67. quod nemo hominū in paradiso Dei natus sit, ne ipse quidem Adam, & c. ] Eodem pertinet quod supra dixit cap. 4. vt quamquam totius orbis possidens in amenioribus moraretur, trāslatus in paradysum. Et vero id ipsum verba Moysis Gen. 2. indicat, quibus dicitur accepisse Deus hominem quem fecerat, & posuisse in paradysum. Atqui sunt Tertullianica: malitia exorbitasse, & commeatum operationibus eius admetiendo.

68. Certamini enim dedit spatium, & c. ] Etia hie locus facit pro libero arbitrio post peccatis, quum dicit: Certamini dedit spatium, vt & homo eadem arbitrij libertate elideret inimicū, qua succiderat illi, & c. Sic enim legendū recte adnotauit Rhen. & confirmat MS. 2. cod. Vat. pro: succideret: ac si dicat, succubuerat. Nam hoc verbo sepe vritur, vt lib. de Patient. c. 5. At vbi semel succidit impatientia, & lib. 4. adu. Marc. quae nulli tactui succidisset, si fuisset, & alius in locis.

## CAP. XI.

69. Igitur vsque ad delictum hominis, & c. ] Capiti huic titulus dedimus: Quod si post delictū hominis Deus seuerus fuerit, ad iustitiā eius id pertinere. De quo vide etiam librum precedentem, cap. 26.

70. sed quae, & per benedictionem in cremetū generis audierat: Crescit, & c. ] Rhenanus hie adnotauit, posse esse figuram Graecam, ac si dicat: per benedictione secundū incrementū generis audierat, & c. sed si distinguatur in duas voces illas, in cremetū, sicuti legedum censo, nihil est opus. Atqui pulchra hie sunt Anthebeses, quarum prior pars ex 3. capite Genesios, posterior ex 1. aut 2. desumpta est, sicuti ad marginē adnotauimus.

71. Crescite tantum & multiplicamini, & c. ] Mirum est vnde illud: tantum irrepserit, quia tamē id etiam habent MS. Vatic. 2. cod. retinuit. Adnotandum verò quod de terra dicit, sed ante benedicta, neq; enim id nominatum reperitur in scripturis, sed videtur Auctor intellexisse, benedixisse Deū omnia illa, de quibus habetur: Et vidit Deus quod esset bonū, qui sensus ex eo mihi colligitur, quod supra dixit cap. 4. Sic & benedicebat quae benedicebat.

72. Exinde in scortis vestibus, & c. ] Scortas recte interpretatur Rhenanus pelliceas. Omnia namque (teste Festo) ex pellibus facta, scortea appellantur. Cui consentit Varro l. 6. de lingua Latina. Sunt verò Tertullianica: inoperatam bonitatem, hoc est sine opere; ad finem mali; eodem iugo vrgeri (de qua Proverbiali formula inter Prolegomena Latius) æmulum mali, & boni æmulum; denique: quando, & tantū.

## CAP. XII.

73. Ita si societas, & c. ] Inscriptionem huius capituli adimus: Quod quum iustitia cum bonitate perpetuo Deo adfuerit, non recte separentur Deus bonus & Deus iustus. Est autem Tertullianicum illud: modulata est.

74. Iustitia opus est, quod inter lucem & tene-

bras separatio pronūtiata est, & c. ] Ita plerumque nomina, quae hic recenset, Gen. 1. reperiuntur, ita vero in arborem agnitionis, mortis, & vitæ; inter orbis paradysū, Gen. 2. vbi Paraphrasis interpretatur: Arborem agnitionis, mortis, & vitæ; quae appellatur scientia boni & mali. Videtur autem modum inter maris cetum, quia nihil comparatus est magnā quantumvis magna, & arida molem. Præsertim castigauimus: cetum, vt adludat ad congregatum equarum, quā appellant Deus maria, sicuti habetur Gen. 1. Sunt autem rursus Tertullianica: aquigena & terrena; iudicatio dispositum; iustitiam de castitatis offuscet; & obuentitiam.

## CAP. XIII.

75. At enim, vt malum postea erupit, & c. ] Hoc hoc inscripsimus: Quod iustitia Dei puniunt etiam ad eius bonitatem pertinere.

76. Denique timor iudicij ad bonum, tantū malum confert, & c. ] Latē hoc ipsum tractant Auctor supra lib. 1. aduers. Marc. cap. 27.

77. Legis mali viam latā, & c. ] Alludit ad illud Matth. 7. lata porta & spatiosa via, quae ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam.

78. Qualem oportet Deum, velles, & c. ] Qualem hunc reddidit Rhen. Qualem oportet Deum esse, bonum & iustum, velles equidem, nisi malitia in rem tibi inuenerit; quale esse males, expelleret talis esse talem, quum malē vicia, & maleficia delinquitur enim: sub quo delicta gauderent, hanc Tertullianicum: mali extraneus.

79. si non & nocentia spectet, & c. ] Hic non nan. pro: specie, subintelligens mercedem, quae nocentiam: pro improbitate seu malitia accipit. Hanc autem magis remuneret, quod habet Vatic. 2. cod. quā: remuneretur, quod alter & expositio inueniunt ob phrasin similem Auctori non semel inueniuntur, quā passivus pro actiuo vritur.

80. quia malit misericordiam quum dicitur, & c. ] Paulo aliter legitur etiam iuxta LXX. quae per militer Matth. 9. Misericordiam vult, & non lacrimicium. Verum similiter secundum sententiam reddidit non de verbo ad verbum, illud Et Gen. 33. quia malitiam nitentiam peccatoris, quā mortem, non vna alibi non semel. Nec al' similiter infra cap. 17. per quod legat: expectat potius penitentia peccatoris.

81. Diliges Deum, & c. ] Timebis Deum, hie hie eius distinguentus est; quia et si eodem e. Dicit. 6. tempore habeatur; posterius tamen multo, habetur alterum verbum. Sunt verò etiam voces Tertullianicae, & exorbitatori.

## CAP. XIII.

82. Ad omnia tibi occurrit Deus, & c. ] Hic huic capiti dedimus: Quod si quando Deus contra mala dicatur, hoc intelligi de malis peccatis, non culpæ. Quae interpretatio adnotata digna, ut ait Calvinum, & eius asseclas, nec tamen a Tertulliano primū edita, sed vel etiam a B. Irenaeo lib. 4. cap. 77. In loco aliorum Patrum tam Graecorum quā Latinarum immo etiam Ethnicorum similes loci adfert. Tertullianus noster, ad quem ut ne hic sim prolucet, latet in mitto. Hic solummodo adiciā, id ipsum reperit rursus infra c. 24. vbi & sententiam suam hie verbis comprobata Nam & apud Graecos interdum malitia pro ventionibus & laceris, non pro malignitatis dispositionibus de quo etiam ibi aliquid dicemus n. 162. Quae prope

TERTULLIANI  
Cum Annotatis  
PAMELII  
A. V.  
16.

net etiam illud, quod locum Isaie 45. hic citatum, de bello interpretetur, infra Tom. 5. lib. de Fuga in persecutione. Videat præterea Lector, cum Chrysof. homil. 23. in cap. 6. Matth. & Iſch. in Leuitic. 4. cum homiliam integram B. Basilij: Quod non sit Deus causa malorum.

83. idem percipientis, sed & sanans. [Adiudit ad illud Deuter. 32. Percutiam & ego sanabo; item illud 1. Reg. 2. Dominus mortificat & viuificat, humiliat & subleuat; denique ad illud Isaie. 45. Ego faciens pacem, & condens mala. Atqui illa sunt verba Marcionis: Ecce enim ipse se conditorem proficetur malorum, dicens: Ego sum, qui condo mala. Legimus autem ex 1. Vatic. MS. cod. vt & malitia iniuste auctor renuntietur, qui etiam non male legit: suum cuique parti defendimus auctorem, pro eo quod alij: definimus: eligit Lector vt vult. Ex quoque vero castigauimus: ista iniustitie mala condentis iudicia aduersus mala delicti, pro: condenti, & delicta.

84. Egyptu, &c. decemplex caligatioe percussam, &c. [Intelligit decem plagas, quibus percussus fuit populus Egyptius, ob hospitium populi, id est (etiam Rhenano interprete) Iudaei conflictationem, quæ reperire est Exod. 7. 8. 9. 10. 11. ac 12. nempe aqua viru versarum in sanguinem; ranarum; gyrripsum; muscarum; pestis pecorum; hulerofarum vesficarum; grandinis; tonitru; & fulguris; locustarum; tenebrarum palpabilium; et cadæ primogenitorum. Atqui decemplexem dicit, sicut Varro, decemplexatos lib. 5. de Ling. Latina.

85. Indurat cor Pharaonis, &c. qui iam legatos eius, &c. [Istud de induratione, reperitur imprimis Exod. 10. de legatis vero Dei excussis, ac labore populo adiecto, Exod. 5. Atqui sicut in exitum leges cũ excussis, & altero Vatic. MS. cod. sicut: exitum, more Tertulliano cum altero, perinde est.

86. Ibim & cocodilum, &c. [Iuuenalis (inquit Rhenan.) Satyræ 15. sic aspicitur:

Quis nescit Voluſi Bithynice, qualia demens Egyptus portenta colat: Cocodilon adorat Pars hæc, illa pauet saturam serpentibus Ibim. Atqui plura de Iſide supra Tom. 1. Apolog. c. 6. n. 87. De reliquis vero Deorum apud ipsos portentis, c. 24. n. 377. denique & Adnot. nostris in libro n. B. Cypriani ad Demetrianum, n. 32. ubi nominati etiam cocodili meminit. De ipſo denique animali cocodilo Plinius tractat lib. 8. cap. 25.

87. Impedit & ipsam populam (nempe Israeliticam) sed ingratum, &c. [Vbi adiudit mea quidem sententia ad cap. 11. Numeri, ubi igne impeditus, id est punitus est populus, & ad c. Num. 21. ubi per serpentes ignitatus. Illud autem de immittis vrsis in pueros Eli & eum iridentes, reperitur 4. Reg. 2.

CAP. XV.

88. Iustitiam ergo primò iudicis discipice, &c. [Caput hoc inscriptissimus: Iustitiam esse quæ seueritas videatur.

89. Nam etsi parrum delicta, &c. [Adiudit ad illud Exod. 20. Vſtians iniquitatem parrum in filios in tertiam & quartam generatone. Atqui respondet Eusebii: Duritia populi talia remedia (id est, Rhenano interprete) ad talia remedia, compulerat.

90. posteritatis suis, &c. [Pluralis numerus (inquit idem) pro singulari, id est, posteritatis suæ, vel posteris suis.

91. Sed etsi benedictio parru, &c. [Istius rei exempla habentur Gen. 12. 13. 15. 17. 18. & 21. ubi benedixit Deus, non solum Abræ, sed & semini eius, sicut etiam rur-

sum Isaac & semini eius, Gen. 26.

92. Saluo eo quod postea decerni habebat: Nò dicturos acidã v uam, &c. [sic omnino hic locus distinguendus, ubi adiudit ad Hierem. c. 31. & Ezech. 18. quos locos, pulchrè cum precedenti conferens, interpretatur.

93. Sanguis illius super capita nostra & filiorum nostrorum, &c. [Adnotatu digna est hic varia Auctoris lectio: pro eo quod legitur Matth. 27. Sanguis eius super nos & super filios nostros.

CAP. XVI.

94. Bona igitur & seueritas: quia iusta, &c. [Inscriptionem huic capiti dedimus: Quod iudici non veniant exprobranda quæ illi accidunt.

95. siue ira, siue æmulatio, siue sæuitia. [Quod Deo iram adscribere videtur, & sæuitiã, & alius quædam passiones, inter Paradoxa in Prolegomenis tractabitur. Quamquam interim hæc se satis explicat, quum dicit iram, sæuitiam, aliosq; motus ita Deo tribui: sicuti dexteram, oculos, & pedes Dei legimus, quæ tamen humanis membris aut sensibus non comparantur, unde & sub sine capiti: Irascetur enim, sed non exacerbabitur, &c. Atqui legit quidem MS. Vatic. 1. codex: Vindicanda erat procacitas, &c. Atque ita nò potuerunt. Verum magis placet vulgata lectio: Vindicanda erit, ac: nò poterunt. Sed ex eodem castigauimus: quæ iudici accidunt, pro: accedunt, ac legimus: sicut & iudex.

96. & constrictent. [Istud pro: constringant, accipit Rhenanus.

97. non à Philosophis, nec ab Epicuro, &c. [Quæ fuerit Epicuri & Philosophorum quorundam de Deo sententia, mox explicat, quum subdit: qui nolunt Deum curare quidquam.

98. Si Deus irascitur, & æmulatur, &c. [Hæc verba sunt Marcionitarum.

99. etiam mortuum Deum credere, & tamen viuẽtem in æuo æuorum, &c. [Eodem modo usurpat: Deum mortuũ credere, de Christo loquens, quo Apostolus 1. Cor. 2. Deum gloria crucifixum dixit; non secundum quod Deus gloria erat Christus, neque ex virtute diuinitatis, sed ex infirmitate carnis: sicuti rectè id explicat B. Aug. lib. de Præsentia Dei, ad Dardanum.

100. Nam & dexteram, & oculos, & pedes Dei legimus, &c. [Eodem loco B. August. latissime tractat quomodo Deo attribuantur dextra, oculos, & pedes; scripturas autem, ex quibus id desumptum est, ad marginem adnotauimus. Est eiusdem argumenti Liber inserti Auctoris, fortassis Hrabani inter opera B. Hieronymi, Tom. 4.

CAP. XVII.

101. Hæc itaque dispecti totum ordinẽ, &c. [Capiti huic titulum imposuimus: De disciplinis & doctrinis Deo dignis, & bonitati eius consentaneis. Legimus autem: itaque, pro: ita, ex Vatic. 1. MS. cod.

102. catholica & summæ illius bonitatis. [Catholicam bonitatem proprie accipit pro ea, quæ per totum orbem terrarum diffusa est; de quo nomine latius supra lib. de Præscript. adu. heret. cap. 26. num. 156.

103. Nam etsi hoc quoque testimonium Christi, &c. [Quum apud Lucam hoc testimonium Christi pluentem super bonos & malos, &c. non reperitur, ex quo multa erant Marcion, loquitur Aucter de integro Euangelio secundum Mattheum, ut patet quia solum Luca Euangelium agnouerit.

104. & omni à cõscientia legitur, &c. [De Testimonio animæ, seu conscientie, quæ Deũ fatetur etiã

JAN<sup>9</sup> mibus

ethnicus, habes supra Tom. I. librum integrum.

105. & restituentem statum regni Babylonis tyrāno penitentiam functo, &c.] Sic legitur ex 1. Vatic. MS. cod. nam solet Auctor usurpare fungi cum Accusativo. Intelligit autem Nabuchodonosor; de quo Daniel. 4. & Auctor latius supra Tom. I. c. ult. lib. de Penitentia.

106. quæ & filium Saulis moriturum ex devotione populo cōcessit, &c.] Et loquitur de Ionatha, quem populus liberauit: manibus Saulis patris sui, sicuti habetur 1. Reg. 14. illius autem verbis: & ipsum Israël toties restituit, quoties iudicavit, adludit ad librum Iudicum, cap. 3. 4. 6. & 10.

107. quum vitrumque conueneris in creatore, &c.] Hoc est (inquit Rhenanus) deprehenderit. Sic lib. 4. adu. Marc. Hæc conuenimus; & ibidem multo ante: Quemcumque conueneris in via. Vide etiam simile locum supra Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 10.

108. Sed ante Lyncurgus & Solonas omneis, Moses, &c.] De hoc latè supra Apol. c. 19. quæ probat: vnius Prophete Mosis scriiniū, saculis vincere omnes materias, origines, genes, historiarum causas & memoriarum, ipsas denique effigies litterarum; ubi vide. Adnot. nostras in caput integrum.

109. boui etiam terenti, vincula oris remittuntur.] Apertius veritè noster interpret Latinus: boui trituranti, 1. Cor. 9. Eodem interim modo legit infra Auctor lib. 3. adu. Marc. c. 5. & l. 5. c. 7. ubi illum Apostoli locum tractat, Græcè est ἀλωαται.

## CAP. XVIII.

110. Sed quæ potius legis bona defendam, &c.] Caput hoc inscriptissimum: Responso ad Antitheses Marcionis, de pœna talionis, ciborū immūdorū prohibitionē, & sacrificiorū onere. Quæ desumpta sunt ex Exodi c. 21. Deut. 14. & Levit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.

111. & liuorē pro liuore, &c.] Vel hinc colligitur, adludere Auctore ad Exodi c. 21. vti diximus, ubi istud additur, quum Leuitici 24. & Matth. 5. non reperitur.

112. à Deo expectare defensionem, &c.] Defensā (inquit Rhen.) substantiuè, pro defensione & vindicta. Et restituta supra T. 2. l. de Patient. c. 10. veritè Auctor: vindictam mihi, & ego vindicabo, pro eo quod hic: Mihi defensionem, & ego defendam, (quod reperitur Deut. 32.) Vbi interim etiam defensionem usurpat. Est autē vox Tertullianica, quæ Metaphoricè vititur: repastinaretur, id est (ut interpretatur Rhen.) defoderetur, obrueretur, sepeliretur. Repastinantur enim vineæ veteres, dum refodiuntur. Atqui secundum coniecturam Latinij castigamus: vt sic improbitas astuata cessaret, pro: astuta maximè adficiente Vatic. 1. MS. cod.

113. per eūdem sapore passionis, &c.] Saporis vocabulo (inquit Rhen.) de gustationem perceptionemq; et sensum intelligit. Hoc vocabulo supra alicubi vsus est, nēpe lib. de Resurr. carn. cap. 40.

114. Et si lex aliquid cibis detrahit, &c.] De ciborū immundorum prohibitionē latissimè tractatur infra T. 5. integra Epistola Nouatiani de cibis Iudaicis.

115. quæ quum ederet panem angelorum, &c.] Adludit tum ad illud Psalm. 77. Panem angelorum comedit homo, ubi de Manna loquitur, tum ad illud Num. 11. in mentem nobis veniūt, cucumeres & pepones, quos comedebamus in Agypto.

116. comitibus gulæ, libidini & luxuria, &c.] Et etiam ab Auctore vscitas gulam & luxuriam, sicuti hodie accipiuntur à scholasticis Doctoribus, quum de peccatis loquuntur capitalibus. Haud aliter autem dixit alicubi B. Hieronymus: Venter vino astuans, facile despu-

mat in libidinem.

117. vt & pecuniæ ardor restingeretur, &c.] Sic legitur secundum coniecturam Ioannis Harrisii. Auctor pro: restringeretur, quam comprobata reperitur in vno codice Vatic. MS.

118. gloriosis elcis.] Gloriosas (inquit Rhen.) elcas, quibus gloriantur nonnulli, nunc ob rationem obpretem.

119. Sacrificiorum quoque onera, &c.] Sic inquit Rhen.) Sacrificiorum onera, atque hæc operonum & oblationum negotiosas scrupulolitas, de Presc. her. aptè vocatur morositatem Iudæorum autē operationum nomine appeller sacrificia, vocantur etiam hinc quod supra adnotauimus alicubi: hæc pro sacrificare, & Auctori & alius Patrius fuisse verum, unde etiam ethnici operari sacris dicebantur.

## CAP. XIX.

120. Sed & in ipsi commercii vitæ, &c.] Ipsiptionem huius capiti dedimus: Etiam Dei creationem nitentem cōfirmari ex Legalibus disciplinis, vt verbis illis: adu. Marc. 23. Vt vobis Scriba & Pharisei, quæ datis quod deservit est calicis & parapsidæ. Non tamen vno codice Vatic. MS. iterū restitutum perstruimus: ne illi, momento, id est, ad momentum, vacent, pro eo quod Rhenanus substituerat: vlli momento.

121. Quid enim faceret beatum hominē, qui usurpat Auctor hominem pro virgine, &c.] Latine ac Hebraice, Chaldaiceque vter vobis interpretant, initio Psalmi 1. Usurpatur similiter à vulgariis, Pulchra est autem Metaphora: rudem hinc pro: rosis officiis dedolantis.

122. Auferte nequitias de anima, &c.] Sic secundum LXX. ex Isai. cap. 1. excepto quod inuenitur tamen etiam habent Hebræas, Chaldaicas, & Latinas libere in iuria oppressum. Præterea non diligere quæstiones, seu potius (sicut interpretatur mauesione Ioan. Harrisii Angli.) dirigere, non hæ frequentissimum est Auctori. Fortè locum hunc & disceptemus, pro quo B. Hieron. ex Hieron. & vti quod interpretatur Chryso. & Præcipuum in Corin. vt audacter, qui bonum opus fecerit, cum Deo dicitur, quomodo etiam Auctor intelligere videtur: adludit cum Deo, clarius foret.

123. Fugere improborum cōtractum, &c.] Nouam periodum fecimus, quia reperitur istud in vno vbi quum habeatur Græcè: vt dicitur ad Hebræos, hinc legi debet, sicuti castigari, improborum (quæ raphrastricè ita transfuit Auctor pro improbitate) tractum, nō vti habeatur, contractū. Nam obprobriationem Quintiliano significat, sicut obprobrium, vti transfuit interpret B. Iustini Mart. Apol. 1. c. 1. Hieron. conformiter Tertullianus, et ceterum obprobrium interpretatur, & iniquas & furas. Haud distulit Auctor in Psal. 124. obligationes peccatorum transfuit, quid aliud quàm improborum contractus obprobrium interim in eo hinc à LXX. quod legit: dimittere contractam integram, pro eo quod Hebræas, Chaldaicas, & Latinas adiciones, cōsacros in requiem seu reuersionem ad namentum, vti legit infra Auctor l. 4. adu. Marc. & vbi etiam cōfirmatur dicta nostra castigari, quum interpretatur, Dissoluent violentiorum cōtractū obprobrium.

124. Compefcere linguam à malo, &c.] Et hinc nouam periodum aufpicamur, quia hæc & cetera ex variis Psalmis sunt desumpta, sicuti ad marginem adnotauimus, distinctis singulis locis per dicimus.

TERTULLIANI  
Cum Annotatiōe  
PAMELLII  
A. V.  
36.

tuimus ex MS. Vat. 1. cod. & quam iucundū; quia illud: quam, secūdo repetitur ab omnibus, Psal. 132. Differt autem hic etiam Auctor, dum legit, sperare in hominem, pro eo quod alij omnes: in principibus. Quare & castigo: in Principes, quod sic legat Auctor infra lib. 4. aduers. Marcion. cap. 15. Item emēdo utrobique: Dominum, pro: Deum, secundum MS. cod. 2. infra, & ipsum Psalms. 132. 13. Qualis enim apud Deum merces hominū Eretic, &c. ] Facit hic quoque locus ad confirmationem mercedis apud Deum pro meritis operum. At qui trātulit Auctor die 3. d. 8. 5. 5. d. d. tan, exitus aquarū, pro eo quod alij: decursus, & ex Hebræo: riuulos. Vox Græca amphibola est; addit etiam, illi, quum alij omnes legant duntaxat: prosperabuntur.

126. Innocens autem & purus corde, &c. ] Hic imitatur: manibus, quod habent alij omnes Psal. 23. & legit: qui non accipit in vanum nomen Domini (quantum apparet, memoria lapsus, adludens ad Exod. c. 20. pro: animam suam. Atque legitur quidem Vatic. 2. MS. cod. qui non accipiet, & Vatic. 1. & non intrauit, ac: Deo salutari suo, sed passim apud omnes legitur qui non accipit, ac: non iurauit, sicuti antea hic etiam legitur; & Tertullianicum est: saluificatore. Est vero iterum adnotanda vox Auctoris: deliberandas, pro: liberandas; quum tamen mox legat: liberabit; quod retinimus, etiam si Vatic. 1. habeat: liberauit, eo quod illud legant tam excusis quam MS. Psalms. codices, sicuti etiam: Dominus custodit, pro eo quod Vatic. 2. custodiuit, legentes omnino: Redimet Dominus, pro eo quod erat litteris transpositus: Redemit.

CAP. XX.

127. Sed enim sepia isti, &c. ] Caput hoc inscriptum: De direptione iusta Ægypti per filios Israël, Exod. 12. in quo imitatur B. Ireneum l. 4. c. 49. ubi vide adnotationes nostri Feu-ardentij, qui similes adlegat B. Augustini, Theodoretij, & Aelium Viennensis locos. Atque pro: sepia, recte restituit ex cod. Cors. Xens. Rhenan. lepiam: correponit le Pat. 1. MS. cod. qui addit: eleganter & apposite hereticos Marcionis lepiis comparari. Nam ut Plinius tradit lib. 9. c. 29. Sepia (piscium genus est) ubi sentire se adprehendi, effuso atramento, quod pro sanguine in est: insuscat a aqua, absconduntur. Eodem modo heretici Marcionite, ubi traditionem sui sentiunt, hoc est, quum erroris arguantur conuincunturque, tenebras huic blasphemie interuoniunt (ut atramentum lepiæ pisces) atque ita arguentem impediunt & auerunt, adlegando qua bonitatem creatoris insuscent, obnubilantque. Adde autem: quorum figura, illud quoque piculentum (nempe lepias) de cibis Lex recufauit, adludit ad interdicitum ciborum immundorum, Deuter. 24. ubi declarantur immundi pisces, qui absque pinnulis & squammis sunt, quales lepiæ. Legimus uero ex Vatic. 2. MS. cod. iactando, pro: iactando.

128. cognosce in utramque partem. ] Hoc est (inquit Rhen.) sede arbiter, & cognosce causam utriusque gentis. Est autem hic videre iureconsultū fuisse aliquando Tertullianū, uel potē qui nō secus atq; Quintilianus in suis Declarationibus, hic pulcherrimē utriusque partis actionem paucissimis uerbis proponit, tamquam etiā per legatos actū sit utriusque, & pro Hebræis sententiā fert: bonā eorū causā pronūciat. At qui id ipsum repetit infra l. 4. adu. Marc. c. 24. Christus (inquit) dignos pronūciat mercede operarios; excusauit præceptum illud creatoris de uasis auteis & argenteis Ægyptiorum aufertis. Qui enim villas & vrbes operati fuerint

Ægyptiis, digni utique operarij mercede, non ad fraudem sunt instincti, sed ad mercedis compellationem, quam aliās à dominatoribus exigere non poterant. Eleganter etiam Latini nas usurpat Auctor, et villas & ciuitates pro eodē habere uidetur. nā Exod. 1. unica vox est Græcæ, Hebræicæ, Chaldaicæ, & Latine.

129. & tamen has iustitia renuntiauerunt sibi Ægyptij, &c. ] Rhenano uidetur ironia esse, Ægyptios uidelicet iuste renuntiasse operas Hebræorum, hoc est, mercedem pro operis debitam denegasse. Verum si accipimus: sibi, pro illis, ea erit sententia Auctoris, quod operes iustitia adtribuerint Hebræis Ægyptij, ita iurij sua ad uasa aurea & argentea renuntiantes. Nam non solum posteriori hoc madz, sed & priori, pro adtribuire, accipi a Tertulliano: renuntiare; supra adnotauimus l. de Anima. c. 15. n. 199. ad illud: Sed & quod Ægyptij renuntiauerunt ei: Et sibi, pro: ei, acceptum ab Auctore supra ostendimus ad lib. adu. Valentin. c. 20. n. 250.

130. an gratia Hebræorum? Recte Rhenanus gratiam interpretatur mercedem, quia Hebræis debetur. Atque adeo facit hic Auctor pro catholica explanatione loci illius Apostoli: Gratia autē uita eterna; ita ut gratia non excludat, sed includat mercedem.

131. ut solas scapulas suas scribæ eorum apud subellia sua ostenderent, &c. ] Etiam hic in iureconsultorum phrasi persistit Auctor, itaque si aditione iniuriarum intentata (ita enim recte interpretatur in hac ipsa periodo: iniuriarum iudicium Rhenanus) scribæ eorū, nempe Hebræis (id est, q. hodie Procuratores seu Advocatos uocamus) apud subellia sua, id est, coram iudicibus illorum, ostenderent Hebræorum scapulas, flagellorum contumeliosa atrocitate laceratas. Nisi quis male per scribas intelligere Prefectos filiorum Israël, quippe qui (sicuti legitur Exod. 6.) per exactores operum Pharaonis, flagellati fuerint.

132. satisfaciendum Hebræis pronūciasset. ] Ego secūdo omnes codices MS. tam Rhenani quam Vaticanos, iterum istud restitui, pro: satisfaciendum, Hebræis pronūciasset; quia recte quidē à Rhenano hic subinteligitur: iudex; sed ego de equo quouis iudice, immo et Ægyptio, intelligendū puto, non solum de Hebræo iudice, iuxta interpretationem nostram præcedentē paulo supra, n. 129. neque obstat illud; apud subellia sua, quia ego etiam hic accipio: sua, pro illorum. Pro quo facit, quod addat simpliciter: Igitur si bona causā Hebræorum, &c.

133. & suum populū, &c. expūxit, &c. ] Hic etiā habet phrasin, quam recte interpretatur Rhenanus: populo suo satisfecit, de qua latius supra Tom. 1. lib. adu. Iud. c. 4. n. 15. At qui recte dicit Auctor, aliquod solagium, nā (ut subijgit) Hebræis etiā filios Ægyptij restituere debuerant, nempe eos, quos iuxta mandatum Pharaonis, Exod. 1. recens natos interficij iusserant.

CAP. XXI.

134. Sic & in ceteris, &c. ] Titulum huic capiti datus: Quod non fuerit, contraria præcepto Domini, Exod. 20. circumlatio arcæ in Sabbato, Iosue. 6.

135. Siquidem sex (inquit) diebus operare, &c. ] Mirum est, quomodo legat: operare, quum aditiones non solum ex Hebræico & Chaldaeo, sed etiam LXX. ex Græco aditiones Latina Exod. 20. legant: operaberis. At qui pro: Septima die Sabbatiza (quod, non lecta aditione LXX. mutauerat Rhenanus) lego pro: uisus cum Vat. 2. alij, que omnibus MS. Sabbata; nam sic Græcæ etiam legitur tum Exod. 20. tum Deuter. 5.

JAN<sup>9</sup> mibus

TERTULLI  
Cum Annotatio  
PAMELLII  
A. V.  
16.

136. quod: utique tuum ] similiter etiam infra l. 4. adu. Marc. c. 12. Nam quia de die Sabbati dicit: omne opus tuum non facies in ea; dicendo: tuum, de humano opere definit, quod quisque ex artificio vel negotio suo exequitur, non de diuino. Unde apparet legisse Auctorem Graec: εγγονος, id est: opus tuum, no sicuti habetur hodie: ου, id est: tu. Maxime quia etiam supra Tom. I. lib. adu. Iud. cap. 4. pro: opus tuum, legat paraphrasticis: opus seruale.

137. nisi longum esset, &c. ] sic omnino lego, non ex coniectura Rhenani dumtaxat, sed potissimum, quia sic legunt Vatic. 2. MS. cod.

138. qui Sabbatis lignatum ierat, &c. ] Mallem legere: Sabbato, quam Sabbatis; nam Num. 15. non legitur pluribus Sabbatis ligna collegisse, sed semel dumtaxat: in die Sabbati. At nolui quid immutare, quod consentiant MS. Vatic. cum excussis.

CAP. XXII.

139. Proinde & similitudinem vetas fieri, &c. ] Caput hoc inscripsimus: Quod legi similitudinem vetanti fieri, serpentis aenei, &c. Cherubim aut Seraphim aurea effigies, non magis refragetur, quam sacrificiorum praecipio eorandem postea reprobatio. Locos autem scripturae quos tractat, ad marginem adnotauimus.

140. ostendit & causas, idololatriae scilicet substantiam cohibentes. ] Si se legamus iuxta a castigatiorem Gelenij, non est opus subintelligere (vri Rhen. facit) sunt, quippe qui repererat interiectam vocem, quae, plane superflua. Nam similiter profus dixit Auctor supra T. 2. lib. de Idolol. cap. 4. Propter hanc causam, ad eradicandam scilicet materiam idololatriae, & coniungens: Neque similitudinem eorum quae in caelo sunt, & quae in terra, & quae in mari, vbi vide Adnotat. nostras num. 14.

141. Subiicit enim, Non adorabitis ea, neque seruietis illis, &c. ] istud non modo reperitur additum Exod. 20. sed etiam Deuter. 5. immo Leuitici 26. apertius legitur: Non facietis vobis ipsis manufacta neque sculptilia, neque statuas erigetis vobis, neque lapidem insignem erigetis in terra vestra, ad adorandum eum, sicut vbi B. Hieron. vertit: vt adoratis. Pro quo vtrouique Graec legitur: οὐκ ἐκτιμῶσθε, & pro: seruietis, & τρεψέσθε. Vt quae deo vt non noua sit similis Catholicorum modernorum interpretatio, non prohiberi dicitur locis imagines simpliciter, sed ita vt non adorentur adoratione Latriae. Neque vero hic solum, sed similiter etiam interpretatur dictos locos Tertullianus supra dict. lib. de Idolol. c. 5. Vbi vide & Adnot. nostras n. 22. Hoc vnum hic praeterea adnotandum, esse lectionem Auctoris in plurali: non adorabitis ea, neque seruietis illis, quum vbiq; secundum aditiones omnes & totum hoc praecipuum primum singulari numero reperiat prolatum. Porro Tertullianum in hac scripturae huius explicatione imitantur B. August. alicubi, Theodoretus in Comment. & Iohannes Euzelianensis lib. 3. De cultu imaginum.

142. ad remediandos eos. ] Sic (inquit Rhen.) l. de Resurr. carn. vitorum a Domino remediatione remediaremus. Similes plures phrasos inuenire est supra Adnotat. nostris in lib. ad Scapulam, Tom. I. cap. 4. n. 31.

143. Et taceo de figura. ] Cuius rei fuerit figura, serpentis aenei effigies, praecipua Moyfi a Domino, nempe Dominicae crucis; habes supra eum lib. adu. Iud.

Tom. I. cap. 10. & iisdem verbis infra lib. 3. adu. Marc. etiam dicto lib. de Idolol. cap. 5. n. 22. vbi pauca ad adiungit hanc Marcionitarum Antithefin, quae in locis confirmari vsum imaginum crucis Christi, adnotauimus in Apol. cap. 16. n. 238. vbi multis aliorum Patrum testimonij eundem comprobauimus iam notatum fuisse ab Apostolorum temporibus.

44. Sic & Cherubim & Seraphim auctore. ] Mirum est, quomodo addat Auctor, Seraphim, quomodo Exod. 25. vbi mandatur fieri, ac 37. vbi a Mose facta fuerit; sed etiam Num. 7. vbi legitur de tripliciter quod erat inter duos Cherubim, & rursus 3. Reg. 6. vbi fitur a Salomone Cherubim duo alij in templum solymitano, dumtaxat, Cherubim fiat mentio. Etiam in locis scripturae pro confirmando imaginum & aliorum adfert B. Athanasius, serm. de sanctis Patribus & prophetis, iuxta quod citatur a Francisco Tornasio, de sig. characteribus, cum aliis multis Patrum auctoritatibus, quales nos etiam supra adduximus Apol. c. 12. n. 18.

145. Diximus de sacrificiorum rationali institutione, &c. ] Nemp supra cap. 18. His praecipuum substitutum: auocante, utpote quod confirmatur de institutione.

146. Non enim (inquit) bibam, sanguinem eorum? &c. ] Hoc quoque differt ab adnotatis in Psal. 49. vbi legitur: Numquid manducaui carne eorum, aut sanguinem hircorum potabo; quia quae ueritate legatur, etiam hic notulam interuenientem accipientes more Tertulliano: Non pro, Nemo. Et qui illud: Deus aeternus non cluitur nec tangi nusquam reperire potui. Legitur quidem in alio modo: Si esuriero, non dicam tibi; sed praeterea dicitur quia & alibi ait.

147. Nam etiam ad oblationes Abel, &c. ] Oblationes vertit Metaphrasticas, pro eo quod uocantur: munera, Gen. 4. sicut & ipse Auctor passim. Inde: & holocausta Noe odoratus est, & hoc etiam eo quod alij dumtaxat: odoratus est; & hoc etiam in consensu B. Cypr. vertens: & delectatus est. Deum in uerem suauitatis.

148. vel etiam dicto. ] Hoc est (inquit Rhen.) Domini, vel iubente Domino.

149. & Sollicitates & dies festos & vestra obata odit anima mea; Vestra dicendo, &c. ] Tertullianus distinguendus & supplicandus est hic locus ex alio theoris locis, vbi eandem scripturam citat, ut supra notatum.

CAP. XXIII.

150. Si vero etiam circa personam leuius intelligi, &c. ] Inscriptionem huius capiti delatam, oblationem quarundam personarum, quas praeterea bauerat, Deo tamquam bono iudici coeueniens, cuius quum reddat rationem: quod nihil ta bono iudici coeueniat, quam reicere & adlegere, sicut enim meritis operum. Resistimus autem: adlegere, etiam in I. MS. cod. pro: adlegere, iuxta quod alij etiam praeterea Auctor loquitur.

151. Adlegitur Saul, sed nodum despectus prophetae Samuelis. ] Auctor aduersus Antithefin in hoc libro cionis scribens, frequenter Antithefin in hoc libro citatur. Reperitur autem istud partim 1. Reg. 9. vbi a Domino in regem vngitur iudetur, partim 1. Reg. 13. vbi propheta dicens Prophetam, eo non expectato uoluit eum ad pacifica, a Domino reiectus legitur.

152. Reicitur Salomon, &c. ] Similes Auctoris loci sunt supra lib. de Praef. adu. haer. 3. Salomon non

ni gratia & sapientia donatus à Domino, ad idololatriam à mulieribus inducitur; & infra l. 3. adu. Marc. c. 20. Salomoni verò etiã ira Dei accessit post luxuriã & idololatriã; item l. 5. c. 9. Salomò (audeo dicere) etiã quam habuit in Deo gloriã amisit, per mulieres in idololatriã usque pertractus. Nec ab similibus 8. Cyr. loci, in Epi. 7. ad Rogatium: Salomò (inquit) & Saul & ceteri multi, quãuis in viis Domini ambulauerint, datã sibi gratiam tenere potuerunt: recedente ab eis Dominica disciplina, recessit & gratia. tit. l. de Pnit. Eccl. in hac verba: Salomò postquam dereliquit viã Domini, perdidit et gratiã Domini, sicut scribitur: Et exiit autem Dominus Satanã ipsi Salomoni. Atqui ad huc uterque; ad 3. Reg. c. 11. sed an postea iterũ per penitentiã in gratiã cum Deo receptus sit, adhuc sub iudice lra est, quod auent.

153. Bene adhuc agentes prædam naret propter futura delicta; &c. ] Istud omninò legi debet interrogatiuè, quia ex sententiã loquitur Marcionitarum, cui apud respondet: Sed Dei boni non erat, nondum mereres prædam nare. Proinde peccantes nunc non recularer propter pristina beneficia. Neque enim præsciãtia meritorum, causa est diuina prædestinationis, sicuti hæretici sentiebant Pelagius, de qua re, ne hic prolixior sim, videat Lector Sixtũ Senensem Bibliotheca sancta l. 6. Adn. 251. & 252. ex BB. Augustino & Thoma Aquinate. Legimus autem ex l. MS. Vat. cod. cum paulo prius n. 151. Adlegitur Saul, tum hieuit eum Deus semper adlegeret, & quem numquam posset adlegere; deniq; & numquam adlegeret; pro eo quod alij: Eligitur, eligeret, eligere, & eligeretur quòd ante omnia præcedit: & reuicere & adlegere; & rursus cap. sequi. ab omnibus legatur: dignissimè adlegerat, & Saulis adlectionem, item: adlectione hominis.

154. in vitroque dispungetur à Deo. ] Hoc est (inquit rectè Rhenan.) in vitroque ei satisfiet, in vitroque mercedem accipiet. Nam non semel supra similes phrasas Auctoris adnotauimus.

CAP. XXIII.

155. Sic & penitentiam apud illum prauè interpretaris, &c. ] Caput hoc in scriptis, Quòd Dei penitentiam prauè interpretetur Marcion. Rectè autem ita locum hunc restituit Rhenanus, ut legatur: apud illum, nempe Deum creatorem; quia consentit alter MS. Vatic. cod. Esse autem verba hæc Marcionis, manifestum est. Atqui pulchrè in eandem sententiã B. Aug. l. de ciuit. Dei, cap. 7. ubi legitur quòd Deum peniteat; mutatio verum significatur; in mutabili præsciãtia diuina remanente. Multò autem latius id toto hoc capite prosequitur Auctori, qui pulchrè tam suam, quàm B. Augustini sententiã confirmat; tum verbis scripturæ eiusdem capiti 1. Reg. 15. unde penitentiã Dei adferebat Marcion: non conuertetur, neque penitentiam ageret, quia non sicut homo est ad penitendum, tum etiã hinc verbis, sub finem capiti: Nam & in Græco sono penitentiæ nomen non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione est cõpositum; de quo proinde infra num. 165. Quibus verbis explicatur, quòd hinc habet Auctori: Non semper penitentiam, confessionem sapere mali operis vel erroris.

156. beneficii ingratus, &c. ] Ingratus (inquit Rhenan.) cum Genitimo beneficii constructus. Sic ad calcem lib. 3. adu. Marc. Qui (inquit) ob vtriusque promissionis ingratus.

157. & sancto spiritu auget, &c. ] Adhuc ad illud 1. Reg. 10. Et insiluit in eum Spiritus Domini, & in-

capit propheterare; quem rectè etiam sanctum Spiritum vocat Auctori, quia iuxta promissum Samuelis eodè capite mutatus est in alium virum. Est autem Tertullianicum: Vacante delicto.

158. Ecce (inquit) criminiosam eam (nempe penitentiam Dei) animaduerto, &c. ] Verba sunt iterum Marcionis usque ad illud: Bene igitur, &c. Reperitur autem prius testimoniũ, quòd hinc ab illo obicitur Ion. 3. posterus Ion. 4. in quo est Tertullianicum illud: plurimum misericordiæ, Græcè unica voce πολλὸν ἔλεος, pro: multa misericordiã. Restituimus autem ex l. MS. cod. Sicut & ipse Ionas ad Dominum, pro: Deum, quia illud legitur bis editiones omnes.

159. Et, quia Marcion defendit arborem bonã, &c. ] De hoc supra latius lib. 1. c. 2. n. 26. Omitimus autè secundum: &, superfluum, iuxta MS. 1. Vatic. cod. qui legit etiam: abundantissimã misericordiã, sed: abundantissimi magis est Tertullianicum. Ex eodem supplemus: etiam earum malitiãrum.

160. & Ecce ego emitto in vos mala, &c. ] Multi sunt eiusdem loci in scripturis, quibus legitur: Inducam super eos malum, seu mala, nempe 3. Reg. 9. 4. Reg. 21. 2. Paral. 7. & Hier. 4. 10. & 23. Ego verò ad marginem adnotauimus Hier. 18. ubi legitur: Ecce ego super Græcè πῶλον, super vos mala in quo conuenit hinc Auctori.

161. quorum fati diluimus infamiam, &c. ] Suprà, nempe cap. 14. ubi dicit intelligenda hæc inala non culpæ, sed pœnæ.

162. Nam & apud Græcos interdum malitiæ pro vexationibus & læsuris, &c. ] Similiter adnotauit Latinis alicubi Auctorem vertisse: læturas, pro: malitiis. Atqui pro Auctore facit tum quòd ἔλαττα Græcè Matth. 6. in Oratione Dominica pro ἔλαττοι accipiatur, teste B. Hieronymo, tum quòd etiam apud alios Auctores significet interdum afflictionem & miseriam. Sunt autem Tertullianicæ: delicti vindicandæ, & admittum substantiuè, tum hinc, tum c. sequi. quum inquit: incertus admitti, & cum aliqua iam tunc admitti suggillatione; item: præter admittum.

163. ex recordatione plurimũ delicti, &c. ] Plurimum (inquit Rhenan.) aduerialiter, pro: vtriplurimum. Terentius in Phormione: Domum ire pergam, ubi plurimum est. Sic etiã noster Auctori supra locutus est. Latini, Minimum, hoc item modo vsurpat. Atqui de voce: ingratia, supra alicubi dixisse aliquid meminimus; hinc certe pro ingratitudine accipi videtur.

164. Dilcidit Dominus regnum Israël, &c. ] Videtur hinc, olim apud LXX. non fuisse lectum aliud quàm τὸ βασιλεὺς ἰσραὴλ, id est, regnum Israël, sicuti etiam vertitur ex Hebræo & Chaldæo. Nescio itaque unde irreperint quæ hodie adiciuntur οὐ, & δὸν; quæ dum vertuntur regnum vnum ab Israël, contextum ipsum reddunt obscuriorem. Atqui more suo τὸ ἀγαθὸν ὅπερ venit: optimo super te, pro: bono, & paraphrasticè eis δὸν, in duas partes.

165. Nam & in Græco sono penitentia nomen, &c. ] Vox μετανοία, pro: quo ex Græco: penitentia transferatur, à μετανοεῖν deriuatur, quòd non delicti confessionem, sed animi demutationem significat, sicut patet ex Xenophonte initio l. 1. πρὸ ἰδέας, et aliis Græcæ scriptoribus. Sive autem legatur: cõpositum est, sive, comparatum cum Vatic. 1. MS. cod. perinde est.

166. quam apud Deum, pro rerum variantium sese occuturã, ostendimus, &c. ] Ab exemplaribus scriptis (inquit rectè Rhenan.) nihil est subsidij. Diuino

IAN<sup>9</sup>  
mibus

Tertullianum scripsisse: occurſura, ut ſit ſubſtantiuum nomen, pro: occurſu; nam huius terminationis vocabulis gaudet. Leges ergo: quam apud Deum, pro rerum variantium ſele occurſura, oſtendimus. Itaque in numerum iſtiusmodi nominum, paratura, genitura, letura, ſuſſectura, ſupparatura, referes & illud: occurſura.

## CAP. xxv.

167. Iam nunc ut omnia eiſmodi expediam, &c.] Capiti huic inſcriptionem dedimus: Præue etiam interpretari Marcionem verba illa Dei: Adam ubi es; ubi eſt Abel frater tuus; &: Descendens videbo. Quæ reperiuntur Gen. 3. 4. ac 18.

168. Nec enim ſimplici modo, id eſt, interrogatorio ſono, &c.] Hinc patet quod ſecundo hîc loco legitur: Adam ubi es; id eſt, in perditione es, non debere legi interrogatio ſono; quare pro notula interrogatio nis, diſſonantia ſubſtituimus. Eodem autem modo B. Auguſt. lib. 11. de Gen. ad litter. cap. 33. In crepantiſ (inquit) vox eſt, non ignorantiſ. Atqui Tertullianica ſunt voces: impreſſo, & inculſo, & imputatio, quæ explicat quomodo ſubdit: ut increpandi & dolendi vox ſit. Aliter paulo interim locum hunc interpretatur Auctor inſrâ l. 5. aduerſe Marcionem, ut confeſſionem probaret, & timorem prouocaret. Aliter etiam Nouatianus, ſive quiſquid alius Auctor lib. de Trinitate inſrâ Tomo 5. Nam quod & requiritur (inquit) non ex ignorantia venit, ſed ſpem hominis futuram in Chriſto ſalutis & inuentionis oſtendit.

169. qui totum orbem cõprehendit manu velut nidũ, &c.] Reperitur iſtud Iſai. 10. iuxta LXX. præterquam quod illi hodie in Futuro legunt, quod Auctor in Præterito. Certè interpretes potius fuiſſe LXX. quam tralatores, etiam hinc patet; ut pote qui vocem Hebraicam (quæ & fortitudinem populi ſignificat, ſicuti verit B. Hieronym. & exercitus) oratorio more accipientes, pro omnibus exercitijs populorum, interpretati ſunt orbem totũ; ſicuti rectè ante me adnotauit, eo de Caſtro in Iſaiam. Quod autem ſequitur: cuius cælum thronus, & terra ſcabellum, ſcribitur Iſai. 66. Atqui rectè adnotauit Rhenanus ad marginem ironicè dici quod ſequitur: nimirum, &c.

170. naſo agis, &c.] De hoc prouerbio vide noſtra Prolegomena. Lego autem omnino: Interrogabat Deus quali incertus, & hinc liberi arbitrij probans hominem; omiſſo: ut, ſuperſuo; & ruruſum ex cod. i. Vatic. MS. reſtituo: & hoc nomine releuandi, pro: reuelandi, quia ſequitur oppoſitum: De Cain: & hoc nomine grauandi, & ruruſum: confeſſione releuatoſ.

171. Sicut de Cain ſciſcitatur: Vbinam frater eius; quali nõ, &c.] Sic etiam recens diſtinguo hunc alterum, quem hîc tractat, ſcripturæ locum. Et ad abſimiliter B. Auguſt. lib. 1. contra Fauſtum Manich. cap. 9. Interrogat (inquit) Deus Cain non tamquam ignarus, rerum à quo diſcat, ſed tamquam iudex reum, quem puniat, ubi ſit frater eius. Item Iuſtinus Martyr tam de Adam quam de Cain, lib. adu. Tryphonem. Videtur legiſſe Auctor duntaxat: Sanguis fratris tui vociferatur ad me à terra, pro eo quod omnes aditiones: Vox ſanguinis.

172. Ex ore tuo iuſtificaberis, & ex ore tuo condemnaberis, &c.] Etiam hîc diſſert Auctor ab aditionibus Græca, Latina & Syriaca, quod legit: Ex ore tuo, bis, pro eo quod ille: Ex verbis tuis.

173. ſed ſpes ei ſalua eſt, dicente Domino: Ecce Ad a m factus eſt tamquam vnus ex nobis.] Simili-

ter hunc locum Gen. 3. interpretatur ſuprà lib. de Reſponſ. carn. cap. 63. ut ruruſum ex illa (tempore terra) reſponſetur Adam, auditurus à Domino: Ecce Ad a m quali vnus ex nobis factus eſt, rectè tunc comone mali quod euasiſt, & boni quod inuasiſt, &c. 430. nouam eſſe hanc interpretationem adnotauit. Atqui de Ad a penitentiã & ſalate poſt Lapſum, & de ſuprà lib. de Præſcripte aduerſe heret. cap. 52. ſent. ubi de Tariano agitur, qui eam negabat, num. 126. ſunt autem loci ſimiles Auctoris ibi non adlegati lib. de Trinitate. cap. 2. ubi de Deo dicitur: quom ruruſum ad hanc miſericordiam maturauit, &c. reſiſtiſſe ſententiã irarum priſtinarum. Item ſuprà cap. 10. quom dicitur Certamini enim dedit ſpatium, ut & hinc eodem arbitrij libertate elideret inimicum, quom ciderat illi, &c. Denique iſdem penè quibus locis Nouatianus lib. de Trinitate: cuius tamen penam impè Ad a) nihilominus indulgèter temperat, &c. non tã iſte, quam labores eius male dicitur in terram. Pro quo etiam facit, quod addit: & ne de lapſo arboris vitæ coſtingat, arceatur, ne viciem in æternum, niſi peccata Chriſtus ante donaliſſe, carere ferret immortalè delictum.

174. ut reſtitutionis candidatoſ.] Hæc eſt opinio Rhenan. priorem ſalutem recepturæ. Apud Rhenan. erant candidati petitoris honorum. Sic ſuprà cap. de ternitatis candidatoſ, de Enach. Quare non hanc opinio habet Vatic. MS. uterque: reſtitutioni, quom adnotat Auctor cum Geniſio conſtruit: candidatoſ.

175. & cupidum morte luere delictum, nullo terim vetuit.] Ad iudic ad illud Gen. 4. quod poſt lapſet Cain: Et erit, omniſ inueniens me, occidet me, &c. Dominus Deus: Nõ ſce omniſ qui occiderit Cain proſcriptoſ diſſas exſoluet, de quo & ſequentiſ verba ſcribit B. Hieron. queſt. 1. ad Dam. ſum. Atqui ex Verbo cod. reſtituimus: etiam negationis exemptionem, pro: negationis eius; & ſque adeo ut poſt ſubintelligi: admiſſo, iuxta Rhenanum.

176. Sed: Ad Sodomam, &c.] Iſta hæc ſententia B. Marcionis, quibus ſententiam ſuam confirmare videtur ex hac ſcriptura Gen. 18. Diſtincti autem ſum, &c. poſt ſi hoc pacto: Sed: Ad Sodomam & Gomorram, &c. ſcendens, Videbo (ait) ſi ſecundum clamorem inuenientem ad me, conſumentur; ſi veto non cognoscam; pro: conſumentur; quod Hebraice non correſpondeat vox Græca: οὐκ ᾔδεικα, & præteritiam Latine verſiones, perſiciunt, aut perſecerunt, &c. Niſi forte malit quis legere, ſicuti Chaldaem & Arabicè videbo, ſi ſecundum clamorem peruenientem ad nos, fecerint, conſumentur; omiſſo: ſi veto non ſciam; ſed illud magis placet, maxime quom magis negationis etiam conſentiat B. Auguſt. ſententia. Quæ tunc poſt, ubi pulere & late hæc deſenſionem, non peruenientem ad ignorantiam Dei, deducit per varias interpretationes aduerſus Paganos & Manicheos, qui hanc ſententiam Chriſtianiſ obſciebant.

## CAP. xxvi.

177. Sed & iurat Deus, &c.] Hæc capiti huic imponimus: De iuramento Dei per ſemetipſum, &c. verbis illis ad Moyſen: Sine me, &c. præue etiam Marcione interpretatiſ. Sunt autem verba Marcionis: Sed & iurat Deus; deinde Auctoris (ubi adnotat) riodus inchoanda: Nūquid forte per Dei Marcionis? Poſt hæc iterum verba Marcionis: immo (inquit) multo vanius, quod per ſemetipſum. Atqui etiam

TERTULLIANI  
Cum Annotatio  
PAMELLII  
A. V.  
16.

quod hic subiungitur: hoc cum maximè iurantis, alium abique se omnino non esse, patet hic tractari illud Isai. 45. supra etiam tractatum lib. adu. Hermog. cap. 6. num. 26. Ego sum Deus, & non alius, per meum ipsum iuro. Atque adeò in ipsum Marcionem retorquet pro assertione Dei creatoris, quod ipse in contrarium adlegabat.

178. an vanè deierantem? ] De deieratione vide supra Adnotat. nostras in lib. de Idolol. cap. 20. num. 157. & Apolog. cap. 32. num. 453. quòd deierare, sit per Deum iurare. Quare hic quater eo verbo vitatur, ut ex ipso iuramento Dei, verum Deum esse constet. Atqui rectè hunc locum restituit Rhenanus.

179. nunc verò & heretici. ] Hereticos alios Deos credentes, Marcionitas intelligit.

180. Proinde si & in promissionibus, aut comminationibus iurat, & c. ] Iuramentum Dei, etiam per semetipsum in promissionibus, habes Gen. 22. in comminationibus, Hierem. 22. & alibi quoque innumeris penè locis.

181. Sino me, & indignatus irā, & c. ] Reperitur hoc Exod. 32. versu 10. Illud autem: Non facies, inquit, (quod addo recens ex 1. Vatic. MS. cod.) istud, aut & me vnā cum eis impende, versu 32. paraphrasticis, ibi enim legitur: Si autem non, dele me de libro tuo quem scripsisti. Adluit verò Auctor ad verba Apostoli Roman. 9. Operabam autem ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis; & illud 2. Cor. 12. Ego autem libentissimè impendam, & superimpendam pro animabus vestris. Eodem enim modo tres locos hos interpretantur Patres, ut loquatur de deletione libri viuientium, in quo (vri B. Hieron. sine quisquis sit Auctor in Psalm. 66. scribit) ante aduentum Domini nomina iustorum conscripta sunt, atque adeò opret anathema fieri à Christo, & perire non in aeternum, sed in presentiarum, vti rectè explicat idem B. Hieron. ad Hebraeos, quæst. 10. & latius ad Algasiam, qu. 9. Nec absimiliter etiam dicta verba interpretatur Hrabani noster in Commentario eius loci. Atqui B. Chrysost. Homil. de amore Dei erga persequentes, conformiter Auctori legit: Sin autem, & me perde. Si quis plura huc pertinentia petat, videat Sixtum Senensium l. 2. de Vita libri. Porro rectè à Rhenano ibi: Miserandi vos quoque, subintelligitur: estis.

182. atque ita disceres, quantum liceat fidei & Prophetæ apud Deum. ] Similiter locum hunc interpretantur, quod nempe multum ponderis habeat oratio Sanctorum apud Deum, B. Hieron. in Hierem. cap. 28. in Ezechielem cap. 13. & Epist. ad Gaudentium, Cyrill. Alexandr. lib. 5. adu. Iulianum. Atqui si Apostoli & Martyres inquit B. Hieron. aduersus Vigilantium, ubi hoc ipsum exemplum Moysis adducit) adhuc in corpore constituti, possunt orare pro ceteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti, quanto magis post coronas, victorias & triumphos? Facit proinde locus iste pro orationibus Sanctorum pro nobis, etiam post hanc vitam, de quibus, vti & de inuocatione ipsorum Sanctorum, latè tractauimus Adnot. nostris in Epist. 57. ad Cornelium, B. Cypriani.

## CAP. XXVII.

183. Iam nunc, vt & cetera compendio absol- uam, & c. ] Caput hoc inscripsimus: Dei creatoris reli- quas iuxta Marcionem puillitates, non esse tan- tas, quantas in Christo etiam suo agnoscit Mar- cionitæ.

184. Deum non potuisse humanos congressus inire, & c. ] Sunt verba hæc Marcionis vique ad illud:

sibi quidem indigna, & c. Adluit autem ad adpari- tiones Dei factas hominibus in forma humana: exempli gratia, Adæ, Gen. 3. Abrahe, Gen. 12. 17. & 18. item Iacob, Gen. 26. ac 35. & alias sequentissimas; de quibus latius infra lib. adu. Præcean, quem eiusque affectas mihi videtur intelligere, quum subdit ( iuxta quod recens sup- plenimus) quamquam & cum hereticis non multò diuersa congressio flet, addita voce: diuersa, ex Vat. 1. MS. cod.

185. deuersatum. ] Sic iterum legimus cum dicto MS. cod. Vatic. & Rhenano, qui non modo alibi, sed & hic adnotauit: deuersatum, accipi pro: conuersatum, quòd voce max vitatur Auctor. Sine autem legas: vt etiā mor- ti subiceretur, cum dicto Vatic. cod. siue: subiceret, cum aliis, perinde est. Vide autem hac de re etiam infra l. 3. adu. Marc. cap. 8. num. 59.

186. An hæc sunt puillitates, & c. ] Eadem voce vitatur supra lib. adu. Hermog. cap. 14. quum dicitur: Quæ- cumque potestas ei, quàm puillitas, competit; & vitatur eadem voce hoc capite frequentius.

187. Nam & profitemur, Christum semper egisse in Dei Patris nomine, & c. ] Paradoxo hoc, quod quandocumque legitur Deus apparuisse, Christum semper egerit in Dei Patris nomine, etiam habes supra lib. adu. Iud. cap. 9. num. 114. 115. ac 116. & infra lib. 3. adu. Marc. vñdem penè verbis, sed latissimè tractatum infra lib. adu. Præcean, idque potissimum per illam scripturam probat, quam etiam paulo post citat: Deum nemo videbit, & viuere. Plura vide in Prolegomenis.

188. sermonem eius, quem ex semetipso profe- rendo, filium fecit, & c. ] Quod Christus Dei sermo, sicuti habetur Ioan. 1. atque adeò etiam filius Dei, etiam tractatur latius ibidem contra hereticos; aduersus Paganos verò ex ipsorum testimoniis id ipsum probauit supra Tom. I. Apolog. cap. 21. num. 310.

189. Deum nemo videbit, & viuere, & c. ] Eodem modo citatur infra lib. 3. adu. Marc. & lib. adu. Præcean, ubi de vera eius loci lectione latius, eò quòd supra citato loco lib. adu. Iud. legitur: Deum nemo vidit, & vixit. Legimus autem in initio huius periodi: Ceterum patrem nemini visum, omisso: quia, superfluo.

190. Sed & penes nos Christus in persona Christi, & c. ] Valde obscurus est hic locus, & nonnihil de aliquo paradoxo suspectus, si mendum nò subsit. quare ad Prolegomena reuicemus. Atqui legit quidem Vatic. 1. MS. cod. in patre inuisibili incognoscibilique; verum quòd agat hic ( vti initio huius capitis dixit) de Dei congressibus humanis, & sequatur filio & viso, & audito, & congresso, magis placet: incongressibili- que.

191. & placido, & vt ita dixerim, Philosopho- rum Deo. ] Stoicos & Epicureos intelligit Rhenanus; sed ego de solis Epicureis loqui existimo. Nam Stoici & Pla- tonicis (vri supra dixit Auctor Apolog. cap. 47.) cu- rantem rerum Deum alleuerabant; at Epicurei otiosum & inexercitum, & vt ita dixerim, nemi- nem humanis rebus, & ( sicuti alibi non semel adno- tauimus) hebetem.

192. IVDICEM QUIDEM ET ILLVM ESSE IAM OSTENDIMVS IN LIBELLO SVO, & c. ] Alludere mihi videtur ad libellum de Iudicio Dei, carmine conscriptum, quem habes infra Tomo 4. Id ipsum etiam paucis tractauit supra lib. 1. adu. Mar- cion. cap. 26. & 27. item hoc libro supra cap. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 17.

## CAP. XXVIII.

193. Nunc & de pusillitatibus & malignitatibus, &c.] *Capitulum huic inscriptionem dedimus: De Antithesibus æmulis adversus Marcionis Antitheses; quod velut Epilogum continet cum sequenti capite, totius huius libri, ut potest in quibus, tribus (quod avunt) verbis plerisque repetit Antitheses, quas toto libro tractavit, quò Lectorem remittimus, si scripturas desideret, ad quas hic etiam adludit.*

194. Si ignoravit Deus meus esse alium super se, &c.] *Istud non tam aperte tractatum est ab Auctore aut hoc, aut precedenti libro; sed adludere videtur ad cap. 8. 9. ac 10. primi libri, ubi ostendit Deum creatorem agnitiu esse ab initio, atque adeo non ignoratum. Magis autem competit istud in Valentinianos, quibus confessisse Marcionitas hinc apparet.*

195. Heraclitus ille tenebrosus, &c.] *Hinc Graeci (inquit Rhenan.) σκοτεινόν vocant, ipse tenebrosolum vertit, de quo latius supra libro de Anima, c. 2. num. 32. Atque de Proverbio illius: Eadem viâ sursum & deorsum, vide nostra Prolegomena.*

196. Delictum & mortē, &c. quæ Deus meus passus est, &c.] *Omnino sic legendum, pro eo quod legatur mendosissime: quem Adludit autem ad ea quæ tractavit supra cap. 5. & sequentibus, de delicto & mortē, ac cap. 10. de auctore delicti diabolo; & de omni m. 10, 14. 15. & 16.*

197. Mutavit sententias suas Deus, &c.] *Hic similiter ad tractatum c. 21. 22. ac 23.*

198. Pœnituit mali in aliquo, &c.] *Hic ad c. 24.*

199. Mandavit fraudem Deus noster, &c.] *Istud tractavit cap. 20.*

200. oculum pro oculo, &c.] *De hoc cap. 18.*

201. Nescit Deus noster quales adlegeret, &c.] *Vide iterum cap. 23.*

202. Si & mentitum alicubi, &c.] *Istud supra non tractavit, sed ex abundantia addit; ut magis confundat*

Marcionem, qui Christum mendacio dimidiavit, supra dixit Auctor lib. de Carne Christi, cap. 17.

203. Multos sæuitia Dei mei absumpsit, &c.] *Istud etiam peculiariter non tractavit Auctor hoc libro, sed paucis attingit cap. 11. & sequentibus, quò de veritate iudicij Dei agit; sed, ni fallor, lib. 4. adu. Marcionem sæuitia Dei exempla in Marcionem retrospectiva.*

204. Sed expedita virtus veritatis, panctus, &c.] *Multa mendacio erunt necessaria. Pulchrum hinc capitulum Epiphonema. Atqui rectè adnotavit Rhenanus, subaudi: fieri, aut vincere. Amat, pro solet, more veterum, qui dicunt φιλέει γέρειται, hoc est: amat, Tacitus historiae sue 4. libro: Ut semè amat propter adulatio, pro solet.*

## CAP. XXIX.

205. Ceterum ipsas quoque Antitheses, &c.] *Eiusdem est argumenti cum capite precedenti. Deverbali vero formula: cominus cadere, vide nostra Prolegomena.*

206. Aufert titulum Marcionis, &c.] *Antitheses, quas iam hoc libro retudit. Adnotandum, quòd per ipsa sua argumenta, Marcion Deum ipsum & iudicem comprobet.*

207. diuinitatibus.] *Retinuit: diuinitatem pro eo quod prima editio habebat, & sic uti argumentum ma facit non male: diuinitatis, quòd adnotat in libro Deos, atque adeo diuinitates Marcionis.*

208. qui res suas arbutiores in primordiis, &c.] *rationali amulatione maturatas prouenerit suo iure, &c.] Elegans Metaphora. Antitheses enim (sicuti rectè adnotavit Rhenanus ad marginem 1. editionis) videtur usurpare pro ferociorum, immo prophora ab arbutis luxuriantibus. Arbutiandi nomen vobis utitur etiam Plinius. Aliqui putantur (sicuti est) legendum: austeriores. Comparationes non sicut maturitatis noui Testamenti ad austeriores.*

ARGUMENTVM LIBRI TERTII ADVERSVS  
MARCIONEM, PER IACOBVM PAMELIYM.

- I. **H**IBRVM hunc tertium Aduersus Marcionem scripturus DE CHRISTO imprimis Christum non alterius Dei intelligendum, quàm Creatoris, præsertim tum quòd precedentibus Libris determinatum sit, alium Deum non creatorem, tum quòd probeatur Apostolicarum & hæreticarum Ecclesiarum sensu, nullam mentionem alterius Dei aut Christi agitatam ante scandalum Marcionis.
- II. Deinde suspectum esse, quòd tam subito venerit Christus Marcionis, antequam de filio testaretur, mittens de missio.
- III. Neque verò sufficere, quòd se filium Dei probaturus esset per documenta virtutum, tum quòd temerariam signorum fidem ipse Christus ostendat, etiam apud Pseudoprophetas cillimam, tum quòd Creator iam ante illum, & per se, & per famulos suos virtutes operatus.
- IV. Si autem post Creatorem, illum emendaturus reuelatus sit Christus Marcionis, debet non ante, sed post Christum Creatoris reuelari, uti etiam illum emendaret.
- V. Jam verò scripturis probaturus Christum Creatoris fuisse, cuius scriptura ab eo ad-

pleta sint; presatur, duas causas eloquij Prophetici aduersariis agnoscendas; unam, quã futura interdum pro iam transactis adnuntiantur; aliam, quã pleraque figuratè portèduntur.

Itaque Iudaicum errorem pro Marcionitis nõ facere, qui Christum Creatoris, tamquam extraneum interfecerint; utpotè quos illum ignoraturos, scripturis prædictum sit; idque quatenus solum hominem arbitrabantur. VI.

Conuinci autem virosque duobus Christi aduentibus, duplici à Prophetis habitu demonstratos; quorum priorem, obscuriorem & indigniorem, intelligere & credere non potuerunt. VII.

Posthac aduersus Marcionitas, & alios ipsorum errorum Auctores, ab Apostolo Ioanne Antichristos pronuntiatos, Christum defendit verè & in carne venisse, vel ex eo, quòd aliqui etiam Christiani nominis fructus, mors Christi neganda sit, & resurrectio. VIII.

Neque ipsi suffragari angelos Creatoris, quasi illi in phantasmate putatiue carnis egerint apud Abraham & Lot, & tamen verè sint congressi & passis; quòd ad moriendum pro nobis non essent dispositi. IX.

Si autem carnem Christus tamquam indignam aspernatus est; dedignandam etiam illi fuisse illius imaginem, eo quòd statum sequatur similitudo. X.

Et verò non rectè Marcionem putatiuam in Christo corpulentiam adseruisse; ne natiuitatem eius agnoscere cogeretur; quia poterat etiam putatiuam illam natiuitatem accommodasse; quarum neutrum tamen possit consistere, eo quòd Deo magis competat veritas, quàm mendacium. XI.

Nihil etiam facere contra Christum Creatoris, quòd ab Isaia Emmanuel vocandus scribatur; quo nomine non est editus; quia sufficit, quòd significatione, non sono, Nobiscum Deus fuerit Christus. XII.

Neque etiam per virtutem Damasci, & spolia Samaria, & Regem Assyriorum (quæ Christo accommodat Haisas) bellatorem illum portendi; sed figurari Magos Orientales, Christum in infantia auro & thure munerantes. XIII.

Nam & alibi (in Psalmis nempe & Apocalypsi Ioannis) figuratè arma bellica Christo adscribi. XIII.

Prosequitur deinceps; Christi nomen non competere Christo Marcionis; tum quòd proprium sit vnus, & tamen etiam Creatoris Christus id nomen habuerit; tum quòd vngui non potuerit, qui corpus non habuit, & proinde Christus, id est, vnctus vocari nullo modo potuit. XV.

Multò minùs nomen Iesu, quem Iudei non expectant, & Christo Creatoris competit; eo quòd nihil commune esse debeat Christo alterius Dei cum Christo Creatoris. XVI.

Porro iisdem penè verbis, eadem quæ supra Libro aduersus Iudeos, scripturarum adfert testimonia de contemptibili Christi in passione habitu. XVII.

Item & de exitu eius per passionem crucis, ex Pentateucho. XVIII.

Item ex Psalmis & Prophetis. XIX.

Postremò, probat Christum Creatoris verè Christum fuisse, quòd ad illum conuersæ sint omnes Nationes iuxta prædictionem David, quæ tamen neque de illo, neque de filio eius Salomone possit intelligi. XX.

Etenim non Iudeorum modò, sed & Nationum vocatione ad Christum Creatoris, pluribus scripturis prædictam esse. XXI.

Quippè quum non alterius, sed eiusdem Dei prædicatores Apostolos, & eadem cum Christo passuros, tam ipsos, quàm omnes fideles, prophetatum sit. XXI.

IAN<sup>9</sup>  
mibus

XXIII. Verum enimvero, quia cum Iudeis, negabat Christum venisse Marcion; ostendit exitum (sive exitium) ipsorum, quem ob impietatem in Christum relaturi praedicabantur, iam completum esse. Quod vanè fieret, si propter Christum Dei alterius id paterentur, quod aemulis illius, nempe potestatibus creatoris, in crucem actus esset; neque enim potuit crucem ulcisci, nisi suum Christum.

XXIII. Denique occasione eius, quod Marcion dicebat restitutam iri Iudeam à Deo suo, mittens Lectorem ad LIBRVM IIII. ADVERSVS MARCIONEM de Iuda, & ad OPVS DE SPE FIDELIVM de dicta restitutione Iudae; hic etiam prosequitur Millenarium somnium, de quo latius inter Paradoxa Auctoris. Ceterum libri huius nominatim Auctor meminit supra lib. I. cap. 19. Dabitur & CHRISTVM LIBER, de omni statu eius. Ex quo proinde loco, & verbis Auctoris huius libri initio: iam hinc ordo de Christo; addidimus titulo: DE CHRISTO; maxime quum etiam supra lib. de Resurr. carnis, cap. 2. libri priores aduersus Marcionem vocentur ab Auctore DE DEO VNICO, ET CHRISTO EIVS. Hunc post editiones duos Rhenani, priorem ex Paterniacensi, & Hirsaugiensi, posterem ex Gorziensi exemplaribus, iam denuò castigauimus ex duobus Varianis MS. codicibus, & aliquot Domini Latini coniecturis, locupletatum nouis Argumento ac Annotationibus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS  
TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS  
PRESBYTERI, ADVERSUS MARCIONEM  
Liber tertius, de Christo.

CAP. I.



ECVNDVM<sup>1</sup> vestigia pristini operis, quod amissum reformare ueramus, iam hinc ordo de Christo, licet ex abundantia, post decem defensionem vnicę diuinitatis. Satis etenim praedicatum est, Christum non alterius Dei intelligendum, quàm creatoris, quum determinatum est, alium Deum non credendum praeter creatorem, quem adeo Christum praedicauerit, & deinceps Apostoli non alterius Christum annuntiauerint, quàm eius Dei quem Christus praedicauit, id est creatoris, ut nulla mentio alterius Dei, atque ita nec alterius Christi agitata sit, ante scandalum Marcionis. Facillimè hoc probatur Apostolicarum & haeticarum ecclesiarum recensu, illic scilicet pronuntiantur regula interuersionem, ubi posteritas inuenitur. Quod etiam primo libello intentum, sed nunc congressio ista seorsum in Christum examinatura eo utique proficiet, ut dum illud scilicet probamus creatoris, sic quoque Deus Marcionis excludatur. Decet veritate uiribus uti suis, non ut laborantem. Ceterum in praescriptionum compendiis uincit. Sed decretum est ut gestierem ubique aduersario occurrere, in tantum furenti, ut facilius sumperit eum venisse Christum, qui nunquam sit annuntiatum, quàm eum qui semper praedicatus.

CAP. II.

[ \* Hinc denique gradum confero, an debuerit tam subito uenisse, quia quia & ipse Dei sui filius. hoc enim ordinis fuerat, ut antè pater filium profiteretur, quum pater filius, & antè pater de filio testaretur, quàm filius de patre. Dehinc & quum praeter filij nomen. Proinde enim praecessisse debuerat mittentis patrocinium in testimonium missi, quia nemo ueniens ex alterius auctoritate, ipse eam sibi ex sua affirmata defendit, sed ab ipsa defensionem potius expectat, praecunte suggestu eius, qui auctoritatem praestat. Ceterum nec filius agnosceretur, quem nunquam pater nuncuparet, nec missus crederetur, quem nunquam mandator designauit, nuncupaturus pater designaturus mandator, si fuisset. Suspectum habebitur omne, quod exorbitat a regula, rerumque principalis gradus non finit posterius agnosci patrem post filium, & mandator

TERTULLIANI  
Cum Annotationibus  
PAMELLII  
A. V.  
36.